BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
22 I
64

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

DECISIONES AVREÆ,

CASUS ADMODUM PULCHROS, CONTROVERSOS ET UTILES CONTINENTES

Uſu Practico, &

quotidianâ experientiâ obſervatæ, & conſcriptæ

à

MATTHIA BERLICHIO,
Schkoëlenſi Thuringo,
J. U. D.

Cum gemino Indice, uno Deciſionum, altero Rerum & Verborum locupletiſſimo.

CUM PRIVILEGIIS.

Sumptibus GOTHOFREDI GROSI *Bibliopolæ.*

ANNO CIↃ IↃ CXXV.

ADMODUM MAGNIFICIS, NOBILISSIMIS, STRENUIS, & longo rerum uſu eminentiſsimis VIRIS

Dn. CASPARO à Schönbergk/ in Pulßnitz & Gürigkaw/ Sereniſſimi Electoris Saxoniæ Conſilii Secretiſsimi Directori ſummo, & ſupremi Judicii Appellationum Præſidi digniſſimo,

Dn. VVOLFGANGO à Lüttichaw/ in Kmelen/ potentiſsimi Electoris Saxoniæ Conſiliario intimo, & Cancellario meritiſſimo,

Dominis, Patronis, & Fautoribus ſuis reverenter & ſubmiſsè colendis.

ANxius in partes varias converſus agebam
Conſilium, tandem quibus hæc addicere poſſem
Deciſa in praxi, & ſtudio collecta forenſi,
Ne pedibus duris inculcarentur iniquè,

Nec reprobarentur riſu reprobiſq́; cachinnis,
More velut vulgò fieri conſuevit eorum,
Qui nil per ſeſe diſcunt, pia ſcripta bonorum
Sed deridendo carpunt, & poſtmodò ſpernunt,
Vel qui ex parte quidem ſapiunt, & plurima callent,
Dente ſed arrodunt aliorum ſcripta canino,
Inſipiuntq́; magis, nimiùm ſapiendo ſuperbi;
Talibus haud volui mea ſcripta locare, ſed illis,
Excipienda quibus fuerint ea fronte ſerenâ:
Talia volventi potior ſententia viſa
Vnâ animo ſubiit, pietaſq́; fideſq́; popoſcit,
Vt tantis, lepidè meritis de jure, Dynaſtis
Hæc mea ſcripta aridâ donarem pumice comta,
Poſtpoſitis aliis, longè lateq́; referre
[illegible]udor & candor prohibet, me valdè coëgit
[illegible]ritas, & juris amor, favorq́; virorum
[illegible]orum, qvo vos flagrare fatemur apertè,
[illegible]eritò ſacræ firmiſſima fulcra vocamus
[illegible]uſtitiæ, queis ſublatis, aliiſq́; remotis,
Non [illegible], nec rectum poterunt ſubſiſtere punctim
P[illegible] priſco ſed more invadet, iniqua
[illegible]et hoc munus non fas ſit dicere tantum,
[illegible]tantorum verſetur in ore virorum;

Atta-

Attamen hoc magni, precor imo corde, Patroni,
Suſcipitote manu, faciliq́ animoq́ benigno;
Et contra reprobos Momi defendite morſus;
Quod ſi percipiam non averſarier, atq;
Ingenuâ vobis modò mente placere, profectò
Ad majora mihi ſtimulum inſtar calcaris addet.

Dabat Lipſiæ 4. Martii
Anno 1625.

VV. Magnif. Nobilit.
Obſervantiſs.

Matthias Berlichius
J. U. D.

Nec reprobarentur riſu reprobiſq; cachinnis,
More velut vulgò fieri conſuevit eorum,
Qui nil per ſeſe diſcunt pia ſcripta bonorum
Sed deridendo carpunt, & poſtmodò ſpernunt,
Vel qui ex parte quidem ſapiunt, & plurima callent,
Dente ſed arrodunt aliorum ſcripta canino,
Inſipiuntq; magis, nimium ſapiendo ſuperbi;
Talibus haud volui mea ſcripta locare, ſed illis,
Excipienda quibus fuerint ea fronte ſerenâ:
Talia volventi potior ſententia viſa
Vnâ animo ſubiit, pietaſq; fideſq; popoſcit,
Vt tantis, lepidè meritis de jure, Dynaſtis
Hæc mea ſcripta aridâ donarem pumice comta,
Poſtpoſitis aliis, longè lateq; referre
Quæ pudor & candor prohibet, me valdè coëgit
Dexteritas, & juris amor, favorq; virorum
Doctorum, qvo vos flagrare fatemur apertè,
Et meritò ſacræ firmiſſima fulcra vocamus
Juſtitiæ, queis ſublatis, aliiſq; remotis,
Non jus, nec rectum poterunt ſubſiſtere punctim
Barbaries, priſco ſed more invadet, iniqua
Et licet hoc munus non fas ſit dicere tantum,
Vt crebrò tantorum verſetur in ore virorum;

Atta-

Attamen hoc magni, precor imo corde, Patroni,
Suſcipitote manu, faciliq; animoq; benigno;
Et contra reprobos Momi defendite morſus;
Quod ſi percipiam non averſarier, atq;
Ingenuâ vobis modò mente placere, profectò
Ad majora mihi ſtimulum inſtar calcaris addet.

Dabat Lipſiæ 4. Martii
Anno 1625.

VV. Magnif. Nobilit.
Obſervantiß.

Matthias Berlichius
J. U. D.

Ad benevolum Lectorem.

NOn ſum oblitus, Lector amiciſſime, iſtius promiſſi, qvo tibi de commentario in ordinationes provinciales edendo in præfatione quintæ partis mearum Concluſionum, ſpem feci, cujus ſanè qvotidiè recordor, & doleo, me hactenus promiſſo ſatisfacere non potuiſſe, unde vereor, ne in ſiniſtram ſuſpicionem, & malam opinionem incurram, cum ingenui viri ſit, promiſſa ſervare, adeo, ut qvis ob fidem datam non ſervatam, ſecundùm Joannem Fabrum, in infamiam facti apud bonos & honeſtos viros incurrat; Sed, Lector amandiſſime, me facilè apud te excuſationem meriturum ſpero, ſi tempora, in qvibus hactenus viximus, triſtiſſima conſiderabis, qvæ adeò exulcerata & turbulenta fuerunt, ut honeſtus quiſque, qvi cum æruſcatoribus colludere, & eorum mores nefandos imitari noluit, nocte dieq; laborare neceſſe habuerit, ſi ſe, uxorem, & liberos honeſtè ſuſtentare, & contra in-

hiationes & doloſas machinationes eorundem defendere voluerit; Interim tamen meum promiſſum non omninò poſtpono, nec qvòd differtur, aufertur, ſed fidem datam ſuo tempore ſufficienter liberabo;

Ut autem aliqvo modo ſaltem animum tibi gratificandi, & inſerviendi avidum percipias, collegi ex pulvere practico nonnullos caſus ſingulares, qvas deciſiones aureas nuncupavi, easq; juris publici ad inſtantiam multorum facere, & tecum communicare volui. Accipe ergo, Lector amiciſſime, hoſce meos fructus praxeos, eosque in tuum, proximi, & totius Reipublicæ literariæ commodum & emolumentum feliciter uſurpa, meq; uti hactenus, ita etiam in poſterum, amare, & honeſtè de ſcriptis meis ſentire perge, Vale, & vive. Dabat Lipſiæ, 4. Martii Anno M DC XXV.

T. T.

Matthias Berlichius
J. U. D.

Cautius


VERA EFFIGIES MATTHIÆ BERICH I.V.D. ANNO CHRISTI M DC XIX ÆTATIS XXXII

CAutiùs ut Judex procedat tramite juris,
Juſtitiæ libram firmiter ac teneat;
Hunc vigili ſtudio legat, hunc relegatq́ue libel-
lum,
Non operam perdet, non oleumq́; ſuum.
Inveniet caſus, quos non tractaverit alter,
Tam fidâ & doctâ dexteritate priùs.
Vive diu felix BERLICHI, talia nobis
Pluraq; da, Themidos myſta colende ſacræ.

Conſultiſſ.mo Dn. Authori

Gerhardus à Marſchalch
in Frawenfelß/Ducum Saxoniæ, Lineæ Aldenburg. Conſiliarius intimus deproperabat.

IN AVREAS DECISIONES CLARISSIMI ET
Excellentiſſimi Jureconſulti Domini
MATTHIÆ BERLICHII.

ARdua qui dudum pendit problemata juris
Saxonici, doctis enucleata libris:

b *Is modò*

DECISIONES AVREÆ,

CASUS ADMODUM PULCHROS, CONTROVERSOS ET UTILES CONTINENTES

Uſu Practico, &

quotidianâ experientiâ obſervatæ,& conſcriptæ

à

MATTHIA BERLICHIO, Schkoëlenſi Thuringo, J. U. D.

Cum gemino Indice, uno Deciſionum, altero Rerum & Verborum locupletiſſimo.

CUM PRIVILEGIIS.

Sumptibus GOTHOFREDI GROSI *Bibliopolæ.*

ANNO cIɔ Iɔ c XXV.

ADMODVM MAGNIFICIS,
NOBILISSIMIS, STRENUIS,
& longo rerum uſu eminentiſsimis
VIRIS

Dn. CASPARO à Schönbergk/
in Pulßnitz & Gürigkaw/Sereniſſimi Electoris
Saxoniæ Conſilii Secretiſsimi Directori ſummo,
& ſupremi Judicii Appellationum Præ-
ſidi digniſſimo,

Dn. VVOLFGANGO à Lüttichaw/
in Kmelen/potentiſsimi Electoris Saxoniæ Conſiliario
intimo,& Cancellario meritiſſimo,

Dominis, Patronis, & Fautori-
bus ſuis reverenter & ſubmiſsè
colendis.

ANxius in partes varias converſus agebam
Conſilium, tandem quibus hac addicere poſ-
ſem
Deciſa in praxi, & ſtudio collecta forenſi,
Ne pedibus duris inculcarentur iniquè,

Nec reprobarentur riſu reprobiſq; cachinnis,
More velut vulgò fieri conſuevit eorum,
Qui nil per ſeſe diſcunt pia ſcripta bonorum
Sed deridendo carpunt, & poſtmodò ſpernunt,
Vel qui ex parte quidem ſapiunt, & plurima callent,
Dente ſed arrodunt aliorum ſcripta canino,
Inſipiuntq; magis, nimiùm ſapiendo ſuperbi;
Talibus haud volui mea ſcripta locare, ſed illis,
Excipienda quibus fuerint ea fronte ſerenâ:
Talia volventi potior ſententia viſa
Vnâ animo ſubiit, pietasq; fideſq; popoſcit,
Vt tantis, lepidè meritis de jure, Dynaſtis
Hæc mea ſcripta aridâ donarem pumice comta,
Poſtpoſitis aliis, longè lateq; referre
Quæ pudor & candor prohibet, me valdè coëgit
Dexteritas, & juris amor, favorq; virorum
Doctorum, qvo vos flagrare fatemur apertè,
Et meritò ſacræ firmiſſima fulcra vocamus
Juſtitiæ, queis ſublatis, aliiſq; remotis,
Non jus, nec rectum poterunt ſubſiſtere punctim
Barbaries, priſco ſed more invadet, iniqua
Et licet hoc munus non fas ſit dicere tantum,
Vt crebrò tantorum verſetur in ore virorum;

Atta-

Attamen hoc magni, precor, imo corde, Patroni,
Suſcipitote manu, faciliq́; animoq́; benigno;
Et contra reprobos Momi defendite morſus;
Quod ſi percipiam non averſarier, atq;
Ingenuâ vobis modò mente placere, profectò
Ad majora mihi ſtimulum inſtar calcaris addet.

Dabat Lipſiæ 4. Martii
Anno 1625.

VV. Magnif. Nobilit.
Obſervantiſſ.

Matthias Berlichius
J. U. D.

Ad benevolum Lectorem.

NOn ſum oblitus, Lector amiciſſime, iſtius promiſſi, qvo tibi de commentario in ordinationes provinciales edendo in præfatione quintæ partis mearum Concluſionum, ſpem feci, cujus ſanè qvotidiè recordor, & doleo, me hactenus promiſſo ſatisfacere non potuiſſe, unde vereor, ne in ſiniſtram ſuſpicionem, & malam opinionem incurram, cum ingenui viri ſit, promiſſa ſervare, adeo, ut qvis ob fidem datam non ſervatam, ſecundùm Joannem Fabrum, in infamiam facti apud bonos & honeſtos viros incurrat; Sed, Lector amandiſſime, me facilè apud te excuſationem meriturum ſpero, ſi tempora, in qvibus hactenus viximus, triſtiſſima conſiderabis, qvæ adeò exculcerata & turbulenta fuerunt, ut honeſtus quiſque, qvi cum æruſcatoribus colludere, & eorum mores nefandos imitari noluit, nocte dieq; laborare neceſſe habuerit, ſi ſe, uxorem, & liberos honeſtè ſuſtentare, & contra inhiatio-

 hiatio-

hiationes & doloſas machinationes eorundem defendere voluerit; Interim tamen meum promiſſum non omninò poſtpono, nec qvòd differtur, aufertur, ſed fidem datam ſuo tempore ſufficienter liberabo;

Ut autem aliqvo modo ſaltem animum tibi gratificandi, & inſerviendi avidum percipias, collegi ex pulvere practico nonnullos caſus ſingulares, qvas deciſiones aureas nuncupavi, easq; juris publici ad inſtantiam multorum facere, & tecum communicare volui. Accipe ergo, Lector amiciſſime, hoſce meos fructus praxeos, eosque in tuum, proximi, & totius Reipublicæ literariæ commodum & emolumentum feliciter uſurpa, meq; uti hactenus, ita etiam in poſterum, amare, & honeſtè de ſcriptis meis ſentire perge, Vale, & vive. Dabat Lipſiæ, 4. Martii Anno M DC XXV.

T. T.

Matthias Berlichius
J. U. D.

Cautius


VERA EFFIGIES MATTHIÆ BERLICHII I.V.D. ANNO CHRISTI M DC XIX ÆTATIS XXXII

CAutiùs ut Judex procedat tramite juris,
Juſtitiæ libram firmiter ac teneat;
Hunc vigili ſtudio legat, hunc relegatq́ue libellum,
Non operam perdet, non oleumq́; ſuum.
Inveniet caſus, quos non tractaverit alter,
Tam fidâ & doctâ dexteritate priùs.
Vive diu felix BERLICHI, talia nobis
Pluraq; da, Themidos myſta colende ſacræ.

Conſultiſſ^mo^ Dn. Authori

Gerhardus à Marſchalch in Frawenfelß/ Ducum Saxoniæ, Lineæ Aldenburg. Conſiliarius intimus deproperabat.

IN AVREAS DECISIONES CLARISSIMI ET Excellentiſſimi Jureconſulti Domini MATTHIÆ BERLICHII.

ARdua qui dudum pendit problemata juris
Saxonici, doctis enucleata libris:

Is modò BERLICHIUS *vir conſultiſſimus æqui,*
Edit opus noſtri juris in arte novum.
Hoc autore venit Deciſio juris in auras
Aurea, quam praxis ſervat & alma Themis.
Scilicet eſt pulcrum Themidos ſic tradere leges,
Vt ferat hinc ſanctum commoda multa forum.
Inde quid Autor habes? decus immortale reportas,
Cæſaribusq́ places Principibusq́ Viris.
Vnio BERLICHI *meritò Conſulte vocaris,*
Vnio namq́ ſacri juris es atq́ fori.

Otho Melander à Schvvartzenthal Jureconſultus, Sacri Palatii Comes, & S. Cæſ. Maj. Conſiliarius Imperialis Aulicus F. Viennæ 12. Februarii Anno *1615*.

AD EUNDEM.

SPhingis & Oedipodis cui non certamina nota?
Difficiles nodos ſolvit hic, illa facit.

Iſtis

Iſtis te ſimilem peperit Prudentia Juris
Tam belle partes hujus & hujus agis.
Dum benè decidis, quæ Practicus Uſus adumbrat,
Difficiles nodos ſolvis & ipſe facis.

Bernardus Moſmiller, J.V.D.
Sac. Cæſar. Majeſt. à Conſiliis
Imp. Aul. Com. Palat. Pontif.
& Cæſ.

AD EUNDEM.

QVos laus vana rapit, quos gloria vexat inanis,
Qui poſt fata ſuum vivere nomen avent:
Hoc ſibimet ſtatuis, Obeliſcis, Amphitheatris,
Et Mauſolæis perpetuare ſolent.
Vt labor inventos: nam laus hæc vana, ruente
Mole, ruit; nec dum mole cadente, cadit.
Quanto Tu melius, BERLICHI *Maxime, famam*
Non tibi, ſed meritum grande parare volens.
Dogmata dum doctè, quæ ſunt perplena, reſolvis,
Obſecrans quidquid Practicus Vſus habet.

Hoc quo Juſtitia, & Leges, quo regna fruuntur,
Non minus annoſum marmore, munus erit.
Amphitheatra cadent, obeliſci, altiq́ coloſsi,
Doctrinæ ſteterint cum monumenta tuæ.
Cumq́ exploſa decus venantum fama ſilebit,
Nomen ad aſtra tuum poſtera ſecla ferent.

Georgius Heher, J.U.D.
Sac. Cæſar. Majeſt. nec non
Reip. Patriæ Norib. à Con-
ſiliis, Com. Pal. Cæſ.

IN DECISIONES AVREAS
Conſultiſsimi Authoris.

IN cathedris vigili ſtudio BERLICHIUS olim
Glutivit juris dogmata Cæſarei.
Praxeos aſt ſtudium cum ſit rerum apta magiſtra,
En digeſta videt non minus illa Forum;
Viſcera ne legum ſine praxeos arte peræquè
Atque carens plectro tinnula chorda ſiet.

Saxo-

Saxonis Enſiferi monſtrant hæc jura, per omnes
Quæ CONCLUSA manus nobile ſparſit opus.
Nunc alios utiles DECISOS atque politos
Depromit caſus dexteritate novâ.
Herculeos nodos queîs juris diſſecat, ut ſit
Jus noſtrum certum certius in dubiis.
Egregium factum! BERLICHI Juris ocelle
Saxonici, lumen, Lucifer, ortus, Amor.
Inſiſtas cœptis poſthac: non Heſperus atris
Nubibus obfuſcet ſcripta futura tua,
Ut poſſis ſimili Theſauros ferre per oras
Saxonicas calamo, Teq́, beare ſimul.
Sic CONCLUSUM eſt, DECISUMq́; hominiq́; Deoq́;
Ut veniat cineri gloria ſera tuo.

Affini & Compatri ſuo
animitus colendo
ſcribebat

Georgius Schütze
Weiſſenfelſenſis,
U. J. D

BErlichiana *Themis feriari neſcia, nobis*
Exhibet heîc iterùm nobile juris opus,
Hactenus haut viſum mundo; qui cenſeat, atq;
Prædicet eximii tot bona dona viri.
Berlichio *benè ſit ſemper, mea vota preceſq;,*
Vivat & æternùm Berlichiana *Themis.*

Andreas Franckenbergerus
deproperabat Pegaviæ Cal.
Jan. Ære Chriſti 1621.

AD

Clariſſim. Conſultiſſ. & oppidò Eximium Virum,
Dn. D. Matthiam Berlichium *JCtum & Advocatum celeberrimum, Dominum Amicum & Fautorem plurimùm amandum & æſtimandum.*

STrenue juſtificæ Themidis Berliche Sacerdos,
Conveniens rebus qui benè nomen habes;
Quòd ſis non ſolùm Tibi, ſed Patriæq; Deoq;,
Communique bono, juſtitiæq; datus,
Hoc tua teſtantur ſat ſcripta tot aurea, quæ ſunt
Ingenii & Genii Symbola clara tui:

Publi-

Publica queis Praxis, Themidos ſucceſcit ho-
nosque
Dico, quod res eſt, quod docet ipſa dies.
Saxonici Tibi juris opus tam nobile nuper
Non ſatis eſt ſcriptis emaculare tuis:
Non ſatis eſt inquam: Aſt vigili cura atque la-
bore
Nunc quoque multorum commoda por-
rò juvas.
Quæ tibi pro tanto referentur munere grates?
Quæ laudes? poſcunt facta Maronis opem.
Dum circum-aſtriferi-volvetur machina mun-
di,
Florebit laudis vivida Fama tuæ.
Sit malè, ſi quis erit, cui mens mala fauſta fovere
Qui renuat, grates dicere ſive Tibi.
Ipſe, tuis auſis, calidè precor, omnibus adſit
Æthereis ſemper ſors benè-vecta rotis.

Johannes Röhrenſee, olim apud
Pegavienſ. Archigrammateus

INDEX

I N D E X

DECISIONUM
AUREARUM.

I.

PEr citationem circumductam, an & quatenus inducatur litis pendentia.

II.

De reprobatione teſtium.

III.

Si pendente quæſtione ſuper perſonis teſtium, an illi ſint admittendi, nec ne, teſtes nihilominus ſunt recepti, & interrogatoriis adverſæ partis omiſſis, examinati, an teſtes de novo ſunt recipiendi, & ſuper interrogatoriis examinandi.

IV.

Interrogatoria præliminaria ſeu ſpecialia ad cauſam non admittuntur.

V.

An quilibet cauponari & hoſpites recipere poſſit, etiamſi publicum diverſorium non habeat.

 VI. *Si*

VI.

Si ſtatuto inductum eſt, ut quis 18 ætatis anno fiat majorennis, quando tunc tempus reſtitutionis in integrum currere incipiat, & finiatur.

VII.

Obtinens in poſſeſſorio, ſi in petitorio ſuccumbit, an ad reſtitutionem fructuum perceptorum & percipiendorum condemnari poßit.

VIII.

Si Mater poſt mortem mariti cum filiis in communione bonorum permaneat, & uni ex filiis ſumptus nuptiarum ſuppeditat an hi ſumptus poſtea in diviſione ſunt conferendi, vel reliqui fratres tantundem detrahere poßint.

IX.

De inſtrumento obligationis amiſſo an & quatenus creditor nihilominus ſuum creditum exigere poßit.

X.

Amiſſo inſtrumento obligationis an creditor fidejuſſorem convenire, & eum ceßis actionibus ad ſolutionem adigere poßit.

XI.

An fidejuſſor amiſſo inſtrumento obligationis ſub cautio-

[...]ſione indemnitatis convenire, & ad ſolvendum cogi poſsit.

XII.

Si ad defraudandum dominum laudemiis poſitum fuerit inſtrumento obligationis minus precium, cum revera majus fuerit, quid juris?

XIII.

Finito officio tutelæ, an & quatenus tutores vel curatores à creditoribus pupillorum vel adoleſcentium conveniri poſſunt.

XIV.

Proprio nomine quando tutor vel curator contrahere cenſeatur, ad hoc, ut finito officio tutelæ nihilominus conveniri poſsit.

XV.

Si in inſtrumento verbis manifeſtis eſt poſitum, quod tutor vel curator ratione officij (in geordneter Vormundſchafft) *contraxit, an ſuo nomine contraxiſſe cenſeatur, ſi ſe & ſua bona obligavit.*

XVI.

Teſtis interrogatus an ſit adulter, fur, vel aliter criminoſus, reſpondere non tenetur.

XVII.

Ceſsio hereditatis uni ex coheredibus facta, an etiam proſit aliis.

XVIII.

Renunciatio alicui & ejus heredibus facta, aliis heredibus non prodeſt.

XIX.

Si quis emphyteuſin pro ſe, ſuis liberis, & nepotibus accepit, an eo mortuo liberi vel nepotes teneantur laudemium ſolvere.

XX.

Mutuo emphyteuta, an ejus heredes ad petendam renovationem inveſtituræ unum ex ſeſe eligere, vel curatorem (vulgo Lehentreger/ *) conſtitui poßint.*

XXI.

Heredes an inviti ad petendam renovationem inveſtituræ curatorem conſtituere, vel unum ex ſeſe eligere debeant.

XXII.

Quid intereſt, an qui liber heredum per ſe, an verò per curatorem (Lehentreger *) emphyteuſin recognoſcat.*

XXIII.

Si quis per Curatorem emphyteuſin recepit, & poſtea moritur, an ejus heredes emphyteuſin recognoſcere, & laudemium ſolvere teneantur.

XXIV. De

XXIV.

De rebus expeditorijs (Heergewette) *quæ ad illas pertineant, & an etiam pullus equi.*

XXV.

Præceptum judicis debitori de non exſolvendo factum, an eum à morâ, uſuris & intereſſe excuſet.

XXVI.

Opificia an & quatenus poſſint confundi, ubi pulcher caſus de Ephippiarijs (Satlern) *& de Frenarijs* (Riemern) *tractatur.*

XXVII.

Notarius, ſi poſtea Doctor juris efficitur, an nihilominus inſtrumenta facere poſſit & ea valeant.

XXVIII.

Teſtamentum tanquam inofficioſum, vel aliter minus profectum impugnans & ſuccumbens, an legata, vel alia ſibi in eo relicta, perdat.

XXIX.

Cujus judicis decretum in alienatione bonorum pupillarium requiratur, an ejus ubi bona ſita ſunt, an vero ejus, ſub cujus jurisdictione pupillus domicilium habet.

 XXX. *Vſu-*

XXX.

Vſuræ an & quando ultra alterum tantum peti poſſint.

XXXI.

De jure cereviſiam coquendi Nobilibus & aliis interdicto.

XXXII.

Ceſſionis jurium & actionum juxta l. per diverſas. 22. C. mand. *an & quatenus prohibeantur, & non valeant.*

XXXIII.

De ceſsionibus jurium & actionum, quæ juxta l. per diverſas. 22. *ſunt permiſſæ & licitæ.*

XXXIV.

Ceſsiones actionum an juramento firmari poſsint.

XXXV.

Ceſsione actionum quoad illud quod ſolutam quantitatem excedit, annulatâ ad quemnam illud ſuperfluum pertineat, an ad cedentem vel ad debitorem.

XXXVI.

Si filius pro Patre nolit fidejubere, an rectè exheredari poſsit.

XXXVII.

Si inter abſentes per literas contrahitur, in quonam loco cenſetur contractum ad hoc, ut

reus

rens ibi tanquam in loco contractûs conveniri poſsit.

XXXVIII.

Si quis inſtrumentum aliquod impugnet, an & quatenus ſe in illo fundare poſſet.

XXXIX.

Confeſsio ab uno facta, an & quatenus etiam alteri ſocio vel coheredi noceat.

XL.

Sententia an & quatenus per inſtrumenta de novo reperta reſcindi poſsit.

XLI.

Per teſtes de novo repertos an ſententia retractetur.

XLII.

Si quis receptâ ſyngraphâ vel quietatione creditori ſuo integrum debitum ſolvit, ſed quietationem vel amiſit, vel ſe habere ignorat, à creditore iterum conventus, & condemnatus ſolvit an repertâ quietatione ſolutum repetere poſsit.

XLIII.

Conventio pœnalis in contractu emptionis venditionis propter pœnitentiam adjecta (vulgò Rewkauff) an valeat.

XLIV. Si

XLIV.

*An emptor invito venditore pœnali conventione uti, à ſolvendo mulctam pœnitentiæ (*Räwkauff*) à contractu reſilere poßit.*

XLV.

Ad quodusq; tempus emptor & venditor hac conventione uti, & mulctam pœnitentiæ ſolvendo à contractu reſilere poßint.

XLVI.

*An præter hanc pœnam conventionalem (*Räwkauff*) is, qui contractum non ſervat, & adimplet, teneatur etiam ad intereſſe.*

XLVII.

Emptor poſt perfectum contractum pœnitens, & pœnam conventionalem ſolvens; an domino etiam ad laudemium teneatur.

XLVIII.

Sacerdotes Evangelici an geradæ ſint capaces.

XLIX.

Vaſallo de bonis feudalibus & allodialibus ſimul teſtante, an teſtamentum in tantum, etiam quoad bona allodialia invalidum ſit.

L.

Reprobatorij reprobatoriorum quatenus admittantur, & actor contra reprobationem rei novos articulos exhiberi poßit.

LI. *Vxor*

LI.

Uxor an in præjudicium mariti, & in diminutionem portionis ſtatutariæ, hereditatem ſibi delatam, vel quid aliud repudiare poſſit, & contra.

LII.

Si plures fratres communem rem, propterea quod commodam diverſionem non recipiat, vendunt, & ultra dimidium læduntur, an uni ex illis remedium l. 2. C. de reſcind. vendit. *in totum competat.*

LIII.

Si quis rem ſub pacto retrovenditionis emit, & poſtea cum venditore egit, ut ſibi totam rem absq; ullo onere habere permittat, & ei ſimul aliquod precium addidit & exſolvit, an pro hoc precio addito laudemium ſolvere debeat.

LIV.

In mandato an nuda ſigilli appoſitio ſufficiat, an verò etiam ſubſcriptio requiratur.

LV.

De pecunia apud judicem depoſita, an & quatenus is eam alij, quàm vero creditori ſolvere poſſit.

LVI.

Judex de ſyndicatu conventus, an actori acta judicialia contra ſe edere teneatur.

LVII.

Si reo per ſententiam ob certam cauſam, utpote quia negligens fuit, ſua interrogatoria ſunt denegata, an is ſuis reprobatoriis ea rurſus inſerere & tales articulos reprobatorios conficere poſſit, in quibus interrogatoria continentur.

LVIII

Si petens prorogationem termini probatorij à judice remittitur ad deductionem juris (Bis zu Recht ſuchen) *an interim, ſi pronunciatur dilationem & proregationem ei non eſſe dandam, terminus labatur.*

LIX.

De poteſtate Prætorum, Præfectuorum, & aliorum officialium Principum in ſubditos Nobilium ſibi mediate vel immediate ſubjectorum.

LX

Officiales & Præfecti an & quatenus Nobilium ſubditis & hominibus ex reſcriptis & mandatis Principum præſtationes angariarum & parangariarum, vel quid aliud injungere & præcipere poßint.

LXI.

Promißio gratiæ liberationis reo à judice facta ad hoc, ut confiteatur, an ſit ſervanda.

LXII. *Si*

LXII.

Si in confinio cadaver occiſi reperiatur, ad quemnam cognitio pertineat?

LXIII.

Si reus confeſſionem revocet, quid juris?

LXIV.

Verbum relegationis (verweiſen) *in ſententia adjectum, de quanto tempore intelligatur.*

LXV.

De pœna ſubditorum & ruſticorum debita ſervitia præſtare recuſantium:

LXVI.

De pecunia ad ludum mutuò data.

LXVII.

Nobiles an operas ruſticorum, quibus ipſe non indiget, alijs locare & delegare poßit.

LXVIII.

Bona emphyteutica intra quantum tempus recognoſci & renovari debeat.

LXIX.

De pœna ſponſi ſponſalia de præſenti conſummare & perficere recuſantis.

LXX.

De pœna ejus, qui muros civitatis tranſcendit.

LXXI.

De exceptione liberationis ſeu quietationis tutorum vel curatorum, quando opponi debet.

LXXII.

Si tutor nomine pupilli cum aliquo contraxit, & poſtea à tutela liberatur, & alius tutor in ejus locum ſubſtituitur, an primus tutor an verò ſecundus ex illo contractu conveniri poſſit.

LXXIII.

Tutor vel curator finito officio tutelæ liberatus & quietatus, an ex contractu durante tutelâ, invito in ſubſidium conveniri poteſt, ſi pupillus non eſt ſolvendo.

LXXIV.

Si laudemium vel quid aliud vario modo & difformiter eſt exactum, quid juris?

LXXV.

In delictis quatenus litis denunciatio vel nominatio locum habeat, & mandatarius teneatur.

LXXVI.

Tertius quiſpiam quando interveniendo poſſit conſummationem ſponſaliorum, vel matrimonij impedire.

LXXVII.

Morbido jumento vendito, an & quatenus venditor ad reſtitutionem precij teneatur.

LXXVIII.

LXXVIII.

Tutori vel curatori an & quatenus tutò ſolvi poſſit.

LXXIX.

Injuriæ antiquæ, & præſcriptione vel alio modo extinctæ, an ad aggravandam pœnam cum novis accumulari poßint.

LXXX.

In mandato procuratorio an clauſula obligationis vel hypothecæ bonorum ſit neceſſaria.

LXXXI.

Pecunia quomodo efficaciter in naturam feudi verti, & transmutari poßit.

LXXXII.

Pecunia ſemel cum conſenſu domini in feudum mutata, quomodo ad priſtinam naturam allodij redire poßit.

LXXXIII.

Si pecunia cum conſenſu domini in feudum fuerit conſtituta, & poſtea agnati pacto promiſerunt eam habere pro allodiali quid juris?

LXXXIV.

Sententia an & quatenus absq; excuſsione ſit exequenda contra tertium poſſeſſorem, qui rem litigioſam emit.

LXXXV.

Teſtamentum ab ægroto coram judice & actuario

(b) 3 publica

publico (Gerichts- oder Stadtſchreibers) *duntaxat factum, an valeat.*

LXXXVI.

Injuria magiſtratui illata, quanto tempore præſcribatur.

LXXXVII.

Sententia an & quando in punctis incidentibus, & obiter deductis, & agitatis, pariat exceptionem rei judicatæ.

LXXXVIII.

De juramento minutionis ſeu minorationis, quatenus locum habeat.

LXXXIX.

Si quis per injuſtum areſtum vel alias diffamationes & ſuggeſtiones damnum paſſus eſt, an illud ad certam quantitatem æſtimare, & adverſarij juramento minutionis committere poſſit.

XC.

In teſtamento Patris inter liberos, qualis ſubſcriptio requiratur.

XCI.

De mutuo teſtamento conjugum, quatenus in ea æqualitas ſervari debeat.

XCII.

Alter conjugum an & quatenus teſtamentum vel in totum, vel pro ſua parte revocare poſſit.

XCIII.

Teſtamentum coram Schulteto & Scabinis pagania factum, an & quando valeat.

XCIV.

Si teſtator graviter decumbens, magiſtratum loci requirit. ut is Schultetum vel Scabinos ad ſe mittat, & factioni teſtamenti intereſſe jubeat, magiſtratus autem hoc recuſat, ſed velit, ut ſibi teſtamentum per alias perſonas inſinuetur, an teſtamentum valeat?

XCV.

Appellatio ob non obſervata fatalia, an dicatur deſerta ipſo jure absq; declaratione judicis, ita, ut appellatus ſtatim in cauſa alterius procedere poſſit.

XCVI.

Obligatio cauſam expreſſam non continens, quatenus valeat.

XCVII.

Tempus in libello expreſſum & articulatum ſi quis non probat, quid juris?

XCVIII.

Creditor jus retractus conventionale habens, an

an rem ſubhaſtâ venditione retrahere poſsit.

XCIX.

Terminus probatorius an incipiat currere à tempore rei judicatæ, an verò à tempore remiſſorialium.

C.

Copia inſtrumenti quatenus probet.

CI.

Advocatus quatenus teſtis eſſe poſsit.

CII.

Si moneta in diverſis locis varium habet valorem, ſecundùm cujus loci valorem ſolutio fieri debet.

CIII.

De electione in alternativis debitori conceſſá, ubi caſus ſingularis de ſolutione ad certum locum deſtinata, & in diverſis monetis alternatim facienda tractatur.

CIV.

Privilegia immunitatis & exemptionis à decimis & alijs tributis, & gabellis, an & quatenus etiam ad futura bona, & poſtea acquiſita extendatur.

CV.

Formalia areſti Saxonici in quibus conſiſtunt, & an ea per æquipollens adimplere poſſint.

CVI.

Si areſtum non ſtatim eo die, quo eſt petitum, ſed

alia

alio concedatur, à quo tempore fieri debeat renovatio.

CVII.

An creditor ſuum creditum, ad hoc, ut ei areſtum indulgeatur, per exhibitionem originalis obligationis docere debeat an verò ſufficiat, ſi illud per copiam liquidum faciat.

CVIII.

Ad ſubſiſtentiam areſti an etiam requiratur ut illud ad acta judicii regiſtretur, & creditori deſuper recognitio, quâ judex areſtum eſſe indultum confiteatur, tribuatur.

CIX.

Nobiles an ſuos ruſticos & ſubditos coram propriis officialibus, Prætoribus & Scabinis judicio pulſare & convenire poſſint.

CX.

Legitima liberorum quatenus gravari poſſit.

CXI.

Mater an & quatenus liberis ſuis pupillariter ſubſtituere poſſit.

CXII.

Bona minorum ſine cauſæ cognitione & decreto alienata, quâ actione vendicari poſſint.

CXIII

An beneficium reſtitutionis in integrum contra alienationem bonorum minorum cum cauſæ cognitione & decreto publicè ſubhaſtâ factam locum habeat. (c) XIV. Ma-

CXIV.

Maritus an & quatenus in fraudem vel præjudicium ſuorum creditorum hereditatem uxoris, vel lucrum ſtatuariam repudiare poſſit.

CXV.

De anno civili & Saxonico.

CXVI.

Senes ubi & per quem juramentum præſtare poſſunt.

CXVII.

Abſentes, & in remotis & longinquis locis degentes, quomodo & per quem jurare poſſunt.

CXVIII.

Si debitor ad inopiam vergit, an & quatenus in fraudem & præjudicium creditorum hypothecam conſtituere vel prorogare poſſit.

CXIX.

An per areſtum inducatur litis pendentia, ita ut pendente proceſſu areſtario creditor in bona debitoris executionem petere non poſſit.

CXX.

Inquiſitio generaliſſima in pagis vel aliis locis uſitata, vulgò Haußſuchung/ *ad utram jurisdictionis ſpeciem pertinet.*

CXXI.

Verba illa in ordinatione provinciali, tit. Was zu Ober: Nieder: vnnd Erbgerichte.

§. Was

5. Was aber kleinere/ verſ. Beuben/die unter drey Schillingen/ etc. pag. 44. & 61. an de ſolidis & groſſis vulgaribus, an verò de aureis ſunt accipienda.

CXXII.

Heredes quatenus ad expenſas contumaciæ à defuncto commiſſæ teneantur.

CXXIII.

De jure retractus conventionali elegans cautela.

CXXIV.

In feudo cum conſenſu domini ex proximorum agnatorum alienato, an litis denunciatio locum habeat, ſi reliqui agnati illud revocare velint.

CXXV.

Si major pars proximorum agnatorum vel ſimultaneè inveſtitorum in alienationem feudi conſenſerit, an etiam reliqui præſertim remotiores conſentire teneantur.

CXXVI.

An venditio publicè ſubhaſtâ facta, ob enormiſſimam læſionem beneficio l. 2. C. de reſcind. vendit. *reſcindi poſſint.*

CXXVII.

Poſt determinationem cauſæ principalis, an &

& quatenus expenſæ in ſententia definitiva omiſſæ peti poßint.

CXXVIII.

Commißioni Principis an & quatenus quis renunciare & cauſam alibi tractare poßit.

CXXIX.

Lite coram inferiore incoata an & quatenus quis ſuperiori pro commißione decernenda ſupplicare & petere poßit.

CXXX.

Re ex reſcripto Principis ablata vel evicta, an & quatenus venditor vel alius, à quo illa res pervenit, teneatur ad l. Lucius 11. ff. de evict.

CXXXI.

De attentatis & quomodo revocari debent.

CXXXII.

Pendente lite an unus ex conſortibus litis cum adverſa parte tranſigere vel aliter contrahere poſſit, an verò hoc tanquam attentatum revocandum venit.

CXXXIII.

An & quatenus à commiſſariis appellare vel leuterare liceat.

CXXXIV.

Tutor vel curator an & quatenus poſſunt petere ſolarium, & quid ſi tutor vel curator eſt ſemel advocatus; & alius ſuam operam locare ſoleat.

CXXXV.

CXXXV

Teſtator an & quatenus in bonis liberorum patri uſumfructum adimere poſſit, & an etiam tacita, conjecturata & præſumpta ademptio vel probibitio ſufficiat.

CXXVI.

Ex quibus conjecturis tacitè uſusfructus Patre præſumitur ademptus.

CXXXVII.

In legitima liberorum an etiam Patri uſusfructus adimi poſſit.

CXXXVIII.

Patri in bonis liberorum uſufructu adempto, an is nihilominus commoditatem fructuum in illis bonis habeat.

CXXXIX.

Teſtator in bonis liberorum, in quibus patri uſumfructum ademit, an & quatenus liberis tutores vel curatores conſtituere poſſit.

CXL.

Si teſtator Patri uſumfructum ademit, & liberis curatores vel gubernatores bonorum dedit, an nihilominus Pater una cum curatoribus ad bonorum adminiſtrationem admittatur.

CXLI.

Curatores & gubernatores bonorum an etiam Patri cui uſusfr. eſt ademptus teneantur quotan-

nis rationem reddere & cautionem præſtare.

CXLII.

Pactum ſeu promiſſio de vendendo, ex certa cauſa initum, cauſa ceſſante non debet ſervari.

CXLIII.

Pactum de futura venditione ad certum tempus aſtrictum, an elapſo tempore expirat.

CXLIV.

Pactum de vendendo juramento firmatum, an transeat imperfectam venditionem de præſenti.

CXLV.

Pactum de vendendo, an in contractum venditionis de præſenti reſolvatur, ſi certum precium eſt conſtitutum, pars precij ſoluta, vel etiam traditio rei ſecuta.

CXLVI.

Diviſio hereditatis inæqualiter facta, quo remedio ad æqualitatem reduci poſſit.

CXLVII.

An & quatenus quis in furore conſtitutus hereditatem paternam vel extraneam, itemq́ legata transmittere poſſit.

CXLVIII.

An ille contractus vel transactio, quem ſolus curator mulieris (Kriegiſcher Vormundt) *abſq;*

abſq; præſentia & conſenſu mulieris celebrat, valeat, ſi poſtea mulier illum ratificat, & pretium ex eo accipit.

CXLIX.

Alienatio bonorum minorum ſine decreto magiſtratus, & cauſæ cognitione facta, an valeat, ſi ſuperiori præſentetur, & ab eodem confirmetur.

CL.

De collegiis Mercatorum, Pannificum, Cerdonum, & ſimilium, & eorum ſtatutis.

CLI.

An & quatenus jus venandi in alienis prædiis præſcribi poſſit, ad intellectum ordinationis provincialis, tit. Daß keiner auff deß andern Grundt vnd Boden Jagen ſol.

CLII.

Si alius eſt valor monetæ tempore primæ obligationis, & alius tempore conſtituti, utrum tempus erit inſpiciendum.

CLIII

Invito creditori quatenus ante diem ſolvi poteſt.

CLIV.

De interpellatione vel denunciatione ſolutionis faciendæ vulgò Loſe oder Auffkündigung/ *quid juris?*

CLV.

CLV.

Si dos diverſis filiabus diverſis temporibus & in diverſo valore eſt ſoluta, quid juris in ultima dote?

CLVI.

Si valor monetæ variè mutatur, & alius ſit tempore contractûs & alius tempore ſolutionis, & alius intermedio tempore, an creditor intereſſe quanti plurimi petere poßit?

CLVII.

Beneficium l. 2. C. de reſcind. vendit. *an adverſus tertium ſingularem poſſeſſorem locum habeat?*

CLVIII.

Coronidis loco annectere placuit, an Imperator cauſas in Camera Imperiali pendentes avocare, & ad ſuam aulam trahere poßit?

Deciſio I.

Deciſio I.

Per citationem circumductam an & quatenus inducatur litis pendentia?

SVMMARIA.

1. *Per ſolam citationem inducitur litis pendentia,*
2. *Modo citatio non fuerit circumducta.*
3. *Quatenus per circumductam citationem litis pendentia inducatur, & n. 4.*
5. *ICtorum Lipſenſium ſententia de hac re.*

1 PEr ſolam citationem, adhibitis tamen certis requiſitis, induci litis pendentiam, ubique DD. tradunt *per Clement. 2. tit. ut lite pendent. nihil innovet. ubi gloſſ. fin. verb. plenè. Guid. Pap. (ubi ſex requiſita recenſet) deciſ. 488. incip. lis non dicitur, n. 1. & ſeq. per tot. Mynſing. (ubi etiam ſex requiſita refert) cent. 4. obſer. 26. incip. non ſemel. n. 1. & ſeqq. Gail. lib. 1. obſer. 74. n. 1[illegible]. Vult. in l. 2. C. de iuriſd. n. 12. & in l. [illegible] eod. n. [illegible]. Maſcard. de probat. concl. 1226. n. 6. Anton. Hering. de fideiuſſ. c. 23. n. 4[illegible]. & ſeqq.*

2 Modo citatio non fuerit circumducta, & actor comparuerit, aliâs, ſi actor in termino emiſſæ citationis non compareat, per eiuſmodi citationem circumductam litis pendentia non inducitur. *Matth. de Afflict. deciſ. [illegible] incip. in pleno. n. 14. Mynſing. centur. 4. d. obſer. 26. n. 6. ſub fin. verſ. [illegible] rectè Zanger. de Except. part. 2. c. 13. incip. quarta exceptio. n. [illegible] & ſeq. Hering. de fideiuſſ. d. c. 23. n. 47. V Vurmbſ. lib. 1. obſer. tit. 6. obſer. 16. n. 2. verſ. & non facit. & ſeq. Bl. in l. [illegible] ff. de [illegible] [illegible] n. 1. ibi. ſed an dicatur. & in l. ex [illegible] ff. de [illegible] per quem factum erit quo minus. n. 5. verſ. dum tamen citatio. Felin. in c. [illegible] de præſcript. n. 5. verſ. quod dictum facit. & ſeq.*

3 Quod verum eſt, quatenus litis pendentia concernit favorem ipſius actoris, aliquem citari facientis, ſecus ſi in eius odium allegatur, tunc enim per circumductam citationem in odium actoris non comparentis recte inducitur litis pendentia. *Bl. in l. & poſt edictum. 73. §. quod ſi. r. ff. de iudic. n. 1. in princ. iunct. n. 2. verſ. ſed an ipſo iure. & ſeq. Bellemer. deciſ. 722. incip. ſi appellatus n. 9.*

4 Vnde fit, ſi actor reum in aliquo loco citari fecit, ſed non comparuit, quod is eundem in alio loco convenire, & in judicium vocare non poſſit, ſed ei obſtet litis pendentia, etiamſi actor in priori loco non comparuerit, propterea quod litis hæc pendentia in eius odium allegatur. *Iacob Cuiac. lib. 13. obſer. 11. verſ. unum ut qui. & ſeq.*
5 veluti ita ICti Lipſenſes *Menſ. Decembr. Anno 1618.* ad conſultationem I. S. contra H. C. pronunciarunt.

Hat euch H. C. zum G. wegen 200. fl. darmit ihr jhme ſolt verhafftet ſeyn / am verſchienenen Petri Pauli Marckt zur Nawmburgk vor Gericht fordern laſſen / aber ſelber nicht erſchienen / Sondern ſich darvon begeben / Vnd euch im nechſten Michaelis Marckt allhier eben dieſer Schuld halben auch gerichtlich belanget. Ob nun wol durch des Clegers H. C. nicht erſcheinen / die zur Nawmburg außgebrachte Citation circumduciret worden / vnd ewer Gegentheil darvor helt / daß dardurch die litis pendentz erloſchen ſey. Demnach aber vnd dieweil ihr ewers theils gebürlichen erſchienen / vnd den Termin abwarten wollen : So iſt / ſo viel ewer Perſon anlanget / dardurch billich die litis pendentz eingeführet / vnd ihr möget nunmehr vor den Gerichten allhier zuſtehen nicht getrungen werden /

V. R. W.

Deci-

Decifio II.

De reprobatione teſtium.

SVMMARIA.

1. *Perſonæ teſtium quando reprobari poſſunt, an ante, an verò poſt publicationem atteſtationum. & n. 2.*

3. *Sententia ſupremi Parlamenti Dresdenſis, itemq; iudicii curialis Lipſienſis de hoc caſu. n. 4 & 5.*

SÆpiſſime uſu experimur, quod quis teſtes contra ſe productos, tanquam adulteros, perjuros, domeſticos, infames, & aliter ſuſpectos, & inhabiles, nō admittere velit, ſolet igitur dubitari, quando eiuſmodi diſputatio ſuper teſtibus admittendis ſit inſtituenda, an ante examen, an verò poſt publicationem atteſtationum differenda?

Si in continenti eiuſmodi defectus contra perſonas teſtium poſſunt probari, tunc quis merito auditur, & teſtes rejiciuntur, *Specul. lib. 1. part. 4. tit. de teſt. §. [illegible] (ubi limitat) verſ. quid ergo ſi præmiſſa obiicien. & §. ſæpe teſtes. 12 n. 4. verſ. quandoq; tamen talia. & ſeq. Petr. de Benintend. deciſ. [illegible] incip. obiiciebatur. n. 1. Chil.* König *in ſuo Proceſſ. [illegible]* Aber ſicherer iſt. *Rotſchitz in ſuo Proceſſu part. 1. [illegible] verſ.* Zum andern. *Maſcard. de probat. concluſ. 6 [illegible] Exceptio contra. n. 4. vol. 2. per text. in l. 3. §. ibidem. 12. poſt princip. ff. ad exhib. c. literas. 13. poſt med. verſ. propterea melius videtur extr. de reſtit. ſpoliat. c. veniens. 38. poſt princip. verſ. ſi poſſet in continenti. & ſeq. extr. de teſtibus.* cum enim ſtatim conſtare poteſt, quod non ſit recipiendus, quare admittatur? *l. 1. ff. de teſtib. Specul. d. §. 1. n. 41. verſ. ſi enim. & ſeq.*

2 Secus ſe res habet, ſi eiuſmodi defectus ſtatim in continenti non poſſunt probari, ſed altiorem indaginem requirunt, tunc enim teſtes meritò recipiuntur, [illegible]minantur, & eiuſmodi Exceptio contra perſonas teſtium poſt publicatas atteſtationes in tempus diſputationis reſervatur. *text. in d. c. literas. 13. post med. verſ quod ſi non habeat. extr. de reſtit ſpoliat. d. l. 3. §. ib. verſ. ſi obſcurior. ff. ad exhib. Specul. lib. 1. part. 4. d tit de teſte, §. 1. n. 41. ibi, ſed quid ſi dicitur, & §. ſæpe teſtes. 10. n. 3. ibi, porro dicta. & n. ſeq Petr. de Benintend. d. deciſ. 7. n. 1. verſ. ſiv. quod opponitur uſq. ad fin. Maſc. de probat. concl. 694. n. 1. & ſeq. lib. 2. Chil.* König *in ſuo Proceſſ. d. c. 74. n. 1. ſub fin. & n. ſeq.*

3 Atque etiam ita in ſupremo Iudicio appellationum *18. Iunii Anno 1596.* in cauſa Syndici der Dorffſchafften im Ampt Freyburgk/ contra Georg Schmidt eſt ſententionatum. Die Materialia belangend/ iſt aus den Acten ſo viel zu befinden/ daß mit der anbefohlenen Zeugen Verhör billich verfahren wirdt.

4 Quæ ſententia etiam poſtea per leuterationem *4. Decemb Anno 1596.* fuit confirmata.

5 Idem in Iudicio curiali Lipſenſi in cauſa Syndici des Raths zu Sangerhauſen/ contra Rudolphen Sonnebergk/ *1 Iunii Anno 1616* eſt judicatum, daß die von Beklagten namhafftig gemachte Zeugen/ ſo wol die eingebrachte Gegenbeweiß Artickel Klegers widerfechten/ ungeachtet zuleßlichen/ Es iſt aber Klegern/ nach Eröffnung derſelben/ ſeine Nothdurfft darwider einzuwenden unbenommen/ V. R. W.

Veluti etiam hodie noviſſimè ita eſt conſtitutum à Ioanne Georgio Electore Saxoniæ ſereniſſimo in Proceß- und Gerichts Ordnung ꝛc Von der Beweiſung. *20. col 3 verſ.* Hätte aber der producat wider der Zeugen Perſon. *& ſeq. pag. 55.*

Deci-

Deciſio III.

Si pendente quæſtione ſuper perſonis teſtium, an illi ſint admittendi, nec ne, teſtes nihilominus ſunt recepti, & interrogatoriis adverſæ partis omiſsis examinati, an teſtes de novo ſunt recipiendi, & ſuper interrogatoriis examinandi?

SVMMARIA.

1. *Ab illa Interlocutoria, qua iudex teſtes recipiendos & examinandos eſſe pronunciat, poteſt appellari.*
2. *Si teſtes omiſsis adverſæ partis Interrogatoriis ſunt examinati, an de novo recipi, & ſuper interrogatoriis examinari poſſunt, n. 5.*
3. *Referetur Scabinorum Lipſenſium ſententia, & n. 4.*
4. *Item VVittenbergenſium ſententia.*
5. *Pendente appellatione quando procedi & teſtes examinari poſſunt, n. 8. 9.*

IN præcedenti deciſione oſtenſum eſt, quod exceptiones contra perſonas teſtium altiorem indaginem requirentes poſt publicatas atteſtationes rejiciuntur, &

1 ante depoſitiones teſtium non ventilentur, ita tamen, ut is, contra quem Iudex teſtes recipiendos & examinandos eſſe pronunciat, appellare poſſit, *per c. ſuper eo. extr. de appel. Specul. lib. 2. part. 4. tit. de teſte. § 1. n. 42. ibi recepta approbatione, & ſeq.*

2 Si igitur pendente hac appellatione vel ex reſcripto principis, vel aliâ de causâ teſtes parte adverſâ citata, nihilominus producuntur, & examinantur, ſed pars adverſa ſua interrogatoria non exhibuit, an tunc teſtes de novo ſint producendi, & ſuper interrogatoriis partis adver-

ad ...ſæ examinari, & cuius ſumptibus, magna olim erat in his terris controverſia?

Affirmativè, quod ſcil. ſumptibus ipſius producentis teſtes ſint reproducendi, & ſuper interrogatoriis rei
3 examinandi, Scabini Lipſenſes *Menſe Auguſto Anno 1598.* ad requiſitionem Georgii Schmiedens/ contra Syndicum der Dorffſchafften im Ampt Freyburgk reſponderunt, Daß die abgehörte Zeugen auff ewer Interrogatoria, weil jhr derſelben in werender Appellation / zu erhaltung ewers Rechten / keine vbergeben / Nochmals auff der Producenten Vnkoſten billich auch gefraget werden.
4 Quorum reſponſum, à Friderico VVilhelmo Proelectore Saxoniæ, piæ memoriæ, non ſolum *10. Octobr. Anno 1598.* ſed etiam *14. Ianuar. Anno 1599.* per reſcriptum eſt confirmatum, & demandatum, Daß die verordnete Commiſſarii wollen die von Clegern vorgeſtelte vnd abgehörte Zeugen / vff Supplicantens vbergebene Interrogatoria / nochmals auff der Producenten Vnkoſten abhören laſſen / vnd wie breuchlich damit verfahren.

Veluti etiam ita in ſpecie tradit *Iacob Put. deciſ. 427. incip fuit tantum. per tot lib. 1.* qui verbis diſertis tradit, quod teſtes interrogatoriis prætermiſſis examinati denuò repeti & examinari poſſint.

5 Et licet Iacob Puteus loquitur de eo caſu, ubi jam Interrogatoria ſunt exhibita, ſed prætermiſſa, & ob id in caſu præſenti diverſum dicendum videatur: Attamen idem *Iacob. Put. in deciſ. 317. incip. in una. n. 1. verſ. dubitavi ego. & ſeq. per tot. lib. 2.* magis ad ſcopum collimat, & dicit, ſi pendente dilatione ad exhibendum, interrogatoria teſtes ſine interrogatoriis ſint examinati, quod illi ſumptibus eius, qui teſtes ſine interrogatoriis examinari fecit

repe-

[illegible] & examinari debeant: Quicquid tamen ſit in caſu præſenti, ubi partes ad deductionem juris renunciarunt(?), VVittenbergenſes ſuper actis & actitatis [illegible]. *Januar.* [illegible] aliter pronunciarunt, Daß Klegere jre vff die Beweiß artickel abgehörte Zeugen / vff Beklagtens interrogatoria allderweil abhören zu laſſen / vnd den Verlagk zu thun nicht ſchuldig / auch Beklagter mit ſeinen Interrogatoriis ferner nicht zuleſſlich. Weil ſie aber nach hinc inde geführte Gezeugnüſſe publication wider die von Klegern producirte Zeugenperſon vnd Außſage ſeine dienende Exceptiones einzuwenden / vnbenommen / V. R. W.

Quæ ſententia etiam appellatione rejectâ vires rei judicatæ conſecuta firmis nititur fundamentis, Tum, quod reus ſibi imputare debeat, quod interrogatoria non exhibuerit, & teſtes ſuper ijſdem examinari curaverit. *arg. c damnum 86. §. 5. ff. de procurator. l. 9. in fin. l. [illegible] in fin. princ. ff. de noxal. action. l. 44. § 5. ff. famil. erciſc.*

Tum, quod ex præcedenti deciſione conſtet, appellationem hanc fuiſſe vanam & irritam, & non aliter pro-
7. nunciari poſſe, etiamſi decies appellaretur, quo caſu merito etiam pendente appellatione eſt procedendum. *Bl. conſil. 367. incip. ad evidentiam præmittendum n. 1. verſ. ſi enim eſſet. & ſeq. lib. 1.*
8. Tum, quia appellatio hæc fraudulenter ſuſcepta videbatur, ideo ut cauſa protraheretur, & interim teſtes, utpote infirmi, & ſenes, morerentur. Quo caſu etiam recte abſq; ulla mora teſtes ſunt recipiendi & examinandi.

ad certiæ examinari, & cuius ſumptibus, magna olim erat in his terris controverſia?

Affirmativè, quod ſcil. ſumptibus ipſius producentis teſtes ſint reproducendi, & ſuper interrogatoriis rei
3 examinandi, Scabini Lipſenſes *Menſe Auguſto Anno 1598.* ad requiſitionem Georgii Schmiedens / contra Syndicum der Dorffſchafften im Ampt Freyburgk reſponderunt, Daß die abgehörte Zeugen auff ewer Interrogatoria, weil jhr derſelben in werender Appellation / zu erhaltung ewers Rechten / keine vbergeben / Nochmals auff der Producenten Vnkoſten billich auch gefraget werden.
4 Quorum reſponſum, à Friderico VVilhelmo Proelectore Saxoniæ, piæ memoriæ, non ſolum *10. Octobr. Anno 1598.* ſed etiam *14. Januar. Anno 1599.* per reſcriptum eſt confirmatum, & demandatum, Daß die verordnete Commiſſarii wollen die von Clegern vorgeſtelte vnd abgehörte Zeugen / vff Supplicantens vbergebene Interrogatoria / nochmals auff der Producenten Vnkoſten abhören laſſen / vnd wie breuchlich damit verfahren.

Veluti etiam ita in ſpecie tradit *Iacob Put. deciſ. 427. incip fuit tantum. per tot lib. 1.* qui verbis diſertis tradit, quod teſtes interrogatoriis prætermiſſis examinati denuò repeti & examinari poſſint.

5 Et licet Iacob Puteus loquitur de eo caſu, ubi jam Interrogatoria ſunt exhibita, ſed prætermiſſa, & ob id in caſu præſenti diverſum dicendum videatur: Attamen idem *Iacob. Put. in deciſ. 317. incip. in unâ. n. 1. verſ. dubitavi ego. & ſeq. per tot. lib. 2.* magis ad ſcopum collimat, & dicit, ſi pendente dilatione ad exhibendum, interrogatoria teſtes ſine interrogatoriis ſint examinati, quod illi ſumptibus eius, qui teſtes ſine interrogatoriis examinari fecit repe-

teſtes repeti & examinari debeant; Quicquid tamen ſit in caſu præſenti, ubi partes ad deductionem juris remiſſæ erant, VVittenbergenſes ſuper actis & actitatis *[illegible] Ienam. Anno [illegible]* aliter pronunciarunt, Daß Klegere jre vff die Beweiß-artickel abgehörte Zeugen / vff Beklagtens interrogatoria anderweit abhören zu laſſen / vnd den Verlagt zu thun nicht ſchuldig / auch Beklagter mit ſeinen Interrogatoriis ferner nicht zuläſſig. Were jm aber nach hinc inde geführte Gezeugniſſe publication wider die von Klegern producirte Zeugenperſon vnd Außſage ſeine gebührende Exceptiones einzuwenden / vnbenommen / V. R. W.

Quæ ſententia etiam appellatione rejectâ vires rei judicatæ conſecuta firmis nititur fundamentis, Tum, quod reus ſibi imputare debeat, quod interrogatoria non exhibuerit, & teſtes ſuper ijſdem examinari curaverit. *arg. c damnum 86. §. 5. ff. de procurator. l. 9. in fin. l. 17. in fin. princ. ff. de noxal. action. l. 44. § 5. ff famil. erciſc.*

Tum, quod ex præcedenti deciſione conſtet, appellationem hanc fuiſſe vanam & irritam, & non aliter pro-
7. nunciari poſſe, etiamſi decies appellaretur, quo caſu merito etiam pendente appellatione eſt procedendum *Bl conſil. 367. incip. ad evidentiam præmittendum. n 1, verſ. ſi enim eſſet & ſeq. lib. 1.*

8 Tum, quia appellatio hæc fraudulenter ſuſcepta videbatur, ideo ut cauſa protraheretur, & interim teſtes, utpote infirmi, & ſenes, morerentur. Quo caſu etiam recte abſq; ulla mora teſtes ſunt recipiendi & examinandi.

Specul.lib 1.part.4.tit.de teſte. §. *1.n.41.verſ.vel diſtinguere,& melius per text.elegant.in c.quoniam frequenter.5.verſ.niſi forte de morte.extr.ut lite non conſtet.non proced.*

Tum, quia appellatum erat à ſententia interlocutoria, ubi pendente appellatione nihilominus Iudex procedere poteſt in cauſa principali, *Feder. de Sen conſil.163. incip.in Chriſti nomine amen. n.3. non obſtat quod appellatione. & n.ſeq. Ioann. de Imol. conſil. 130. incip. in caſu præmiſſo. n. 6. Ægid.Bellam conſil.18.n.3.Ludovic.Roman conſil. 249.incip. in caſu propoſito n.3.Bl.in l.arbitro.ff.qui ſatisd. cog.n.8.verſ.prima eſt utrum.*

Deciſio IV.

Interrogatoria præliminaria, ſeu ſpecialia ad cauſam, non admittuntur.

SVMMARIA.

1. *Præliminaria ſeu ſpecialia interrogatoria ad cauſam non admittuntur, n.2.*
3. *Sententia ſupremi Parlamenti Dresdenſis affertur.*
4. *Interrogatoria ſuperflua iudex reiicere debet.*

1 QVamvis *Mich.Teuber.in ſuo Proceſſu c.21.in addit.verſ.* Wines aber iſt vernemblichen. *& ſeq.* ſtatuat, quod eiuſmodi interrogatoria præliminaria, ſeu ſpecialia ad cauſam, admittantur, atq; hoc in praxi ſummè notandum ſuadeat.

2 Contrarium tamen de jure communi eſſe verius tradit, & hactenus ita in Camera Imperiali obſervatum fuiſſe teſtatur, *Rutger Ruland.tract.de commiſſ part.4 lib 1. c.5.incip.valde controverſa eſt.(ubi decem rationes affert & contraria*

[illegible] in [illegible] quæ [illegible] n. 9. & ſeq. n. 20. [illegible] & ſeqq.

1 AFfirmativè *Menſe Febr. Anno* 1618. ad conſultationem Heinrici ab H. Erben/ ICti Lipſenſes reſponderunt. Ob nun wol baldt im Eingange des products mit A außdrücklich zu befinden/ daß ewer Vater vnd ſeine Mitverwandte in geordneter Vormundſchafft quittiret, vnd jre Intention geweſen/ Hans Rudolffen von S. vber die 1160. fl. als Vormünden zu Quittiren. Dennoch aber vnd dieweil ewer Vater vnd ſein Mit Vormundt/ Hanſen Rudolffen von S. bey ihrem Mündlein/vnd menniglichen zu vertretten vnd ſchadloß zu halten/vnter ſeiner Hand vnd Siegel/ bey Verpfendung ſeiner Haab vnd Güter/verſprochen vnd zugeſaget/So iſt das product mit A vor eine Schadloß Verſchreibung

zu achten, vnd hat ewer Vater in demſelben ſich proprio nomine obligiret, V.R.W.

Quoniam ſi tutor vel etiam magiſtratus nomine officij contrahens, proprio nomine contraxiſſe cenſetur, ſi mentionem heredum fecerit, etiamſi apertè conſtat, illum tanquam tutorem vel magiſtratum ſe voluiſſe obligare. *Hartm. Piſtor. (ubi ita Scabinos Lipſenſes pronunciaſſe teſtatur) obſerv. pract. 20. incip. quamvis regulariter. n. 4.*

2 Contrarium tamen *Menſe Martio Anno 1618.* Scabini Lipſenſes pronunciarunt. Ob nun wol im producto ſub lit. A. zu befinden, das ewer Vater vnd ſeine Mitverwandte, bey Verpfendung jhrer Haab vnd Güter H. R. von S. bey jhrem Mündlein vnd Menniglichen Schadloß zu halten verſprochen vnd zugeſagt: Dieweil aber dennoch im eingange gedachtes producks ſub A. außdrücklichen zu befinden / daß ſolches in geordneter Vormundſchafft geſchehen / vnd nach ordnung der Rechte / die obligatio bonorum, als acceſſoria, nach dem principale zu richten / So erſcheinet darauß ſo viel / daß ewer Vater ſich proprio nomine nicht verobligiret, V.R.W.

3 Tum, quod ſubjecta pignoris & bonorum obligatio debeat interpretationem accipere ex principali obligatione, *l. cum principalis. 178. ff. d. R. I. l. in rem 23. §. item quacunq. 5. ff. de R. V. Anton. Fab. in ſuo Codic. lib. 5. tit. de adminiſtr. tutor. 23. definit. 5. n. 14.*

Propterea quod Clauſulæ acceſſoriæ ſumant interpretationem ab eo, quod principaliter eſt geſtum, nec amplient diſpoſitionem. *l. ult. §. ult. ff. de condict. indeb. Dec. conſil. 304. n. 6. & ſeq. & conſil. 413. n. 8. & conſil. 470. n. 4. Felin. in c. licet extr. de offic. ordin. n. 7. verſ. tacita declaratio.*

Tùm, quod pro parte tutoris & curatoris militent illa verba, ratione tutelæ, in geordneter Vormundſchafft/ pro Creditore verò obligatio bonorum tutoris vel curatoris exiſtit, quæ rem dubiam & ancipitem faciunt.

4 In dubio autem tutor & curator non proprio nomine, ſed nomine officij indemnitatem promiſiſſe & ſe obligaſſe cenſetur *Bl. in l. ſi tutor. 15. ff. ſi quis cautien. in iudic. ſiſtend. fact. n. 4. ſub fin. verſ. aut gerit officium. & n. 5. verſ. quod in dubio. in l. 1. C. quando ex fact. tutor. vel curator. n. 1. verſ. & hoc in dubio. Aym. Cravett. de indemn. mulier. n. 14. ſub fin. verſ. quia illud conſiſtit in facto. & n. 15. Anton. Fab. in ſuo Cod. d. definit 5. n. 11. verſ. quod & in dubio. Iaſon in l. ſi ita ſtipulatus fuero. §. Chryſogonus. ff. de V. O. n. 45. verſ. tamen in dubio. & ſeq. Bl. in l. poſt mortem. 5. § tutor. 1. ff. quando ex fact. tutor. vel curat. minor. ager. vel convenir. poſ. n. 2. verſ. aut eſt dubium. & ſeq. Mantic. de tacit. & ambig. convention. lib. 6. tit. 17. n. 0.*

5 Tùm, quia verba & actus agentium ultra eorum intentionem non debent operari. *Bl. in d. l. 1. C. quando ex fact. tutor. n. 1. ibi, & actus. Matth. Coler. Conſil. 28. n. 7. ibi, Cum actus agentium. & n. ſeq. vol. 1. Ægid. Bellam. conſil. 33. n. 38. Tuſch. tom. 1. verb. actus. concl. 125. n. 1. & ſeq.* In tantum, ut verba etiam manifeſta potius ſint improprianda, quàm ut ultra agentium intentionem operentur. *Gemin. Conſil. 122. n. 2. verſ. nec obſtat. Alex. Conſil 22. n. 5. verſ. bene facit. lib. 1. Cravett. Conſil. 245. n. 6. in med.* Tutoris autem & Curatoris intentionem duntaxat fuiſſe nomine officij contrahere, & non nomine proprio ſe obligare, nullus ambigit, quoniam nemo alieno nomine ſe obligare præſumitur, *arg. l cum de indebito. 25.*

to 25 ff de probat. Iaſon in l. in emphyteuticarijs. 2. C. de iure emphyt. n. 17 Surd. Conſil 150 incip. verba contractus. n. 92. ſub fin. Bl. in l. ſi tutor. ff ſi quis caution. in iudic. ſiſtend. num. 5.

6 Tum, quia ubicunq; fit mentio officij in aliquo inſtrumento, tunc quis non proprio nomine, ſed ratione officij contraxiſſe & promiſiſſe cenſetur. *Bl. conſil. 1. incip. viſa petitione. n. 4. verſ ecce ergo & verſ. dummodo ſine mentione. vol. 5. Tuſch tom. 6. verb. procurator. concl. 824 n. 13 & n. 14. Br. in quaeſt 5. incip adumantia n. 5. verſ ſecundo ſic. & ſeq. Alciat. reg. 2. praeſumpt. 24. n. 5. verſ & non poſſet & ſeq. Angel. tract maleſic. verb. & ad querelam Tilij. n. 20. verſ quia eo ipſo quod dicit, pag. mihi 44 Iaſon. in l. ſi fundum per fideicommiſſum ff. de legat. 1. n. 30. verſ. facit quod aſſerens. & ſeq. Surd. Conſil. 19. incip. nulla videtur. n. 8. & n ſeq. & n. 11.* Tum per ea, quæ admodum pulchrè tradit *Bl. in l. ſi tutor. 15. ff ſi quis cantion iudic. ſiſtend cauſa fact. n. 4. ſub fin. verſ. aut gerit officium. & n. 5. per tot.*

Deciſio XVI.

Teſtis interrogatus, an ſit adulter, fur, vel aliter criminoſus, reſpondere non tenetur.

SVMMARIA.

1. *Teſtis interrogatus de ijs quæ eius turpitudinem detegunt, puta, quod ſit adulter, fur, fornicator, &c. reſpondere non tenetur.*
2. *Nemo tenetur detegere ſuam turpitudinem,*
3. *Scabinorum Lipſenſium ſententia,*

1 SI teſtis interrogatur de ijs, quæ ejus turpitudinem detegunt, puta, an ſit adulter, fur, fornicator, latro, excommunicatus, vel aliter infamis, & criminoſus, & tunc licet varia ſunt DD, opiniones, an reſpondere

dere teneatur, uti videre eſt apud Abbat. Pa. in c. cum cauſam 37. extr. de teſtib. & atteſtat. ubi ſex opiniones recenſet. Cōmunis tamen eſt concluſio, quod non teſte Gl. ubi limitat in d. c. cum cauſam. 37. extr. de teſtib. verb. de cauſis. verſ. nunquam teſtis usq; ad fin. Specul. lib. 1. part. 4. tit. de teſte. §. opponitur 1. n. 24. ſub fin. & n. ſeq. & §. iam de interrogatoriis. 6. n. 22. ibi, ſed nunquid quæritur. & ſeq. & lib. 2. part. 2. tit. de poſitionibus. §. ſeptimo videndum. 7. (ubi contraria ſolvit.) n. 40. ibi, decimo conſiderandum eſt. & n. ſeq. Hartm. Hartm. lib. 2. obſer. tit. 15. obſer. 12. incip. teſtis interrogatus. n. 1. & ſeq. Iaſon in l. ſi duo 13. §. idem Iulianus ff. de iureiur. n. 36. ibi, nam teſtis non tenetur. & n. ſeq. Felin in c. cum cauſam. 37. ubi ampliat & limitat. & hanc communem vocat) extr. de teſtib. & atteſtat. n. 10. Bl. in l. cum & iudices. 2. §. obſervat. ff. de iureiur. propt. calum dando. n. 24. & in l. ad teſtium. 22. §. conditionem. ff. de teſtam. n. ult. in fin. verſ. quod item ſi teſtis. Ioann. Andr. in addit. ad Specul. d. lib. 1. part. 4. tit. de teſte. §. 6. n. 22. in fin. lit. B. Alberic. de Malet, tract. de teſtib. c. 8. n. 25. ubi notandum eſt. Chil. König in ſuo proceſs. c. 73. n. 4. Sigism. Scacc. de iudic. lib. 2. c. 8. n. 886. & in ſeq.

2 Propterea, quod nemo teneatur dicere ſuam turpitudinem, arg. l. qui iuraſſe. §. ſi pater. ff. de iureiur. Sigism. Scacc. lib 2. de iudic. c. 7. n. 230. ibi, ratio huius. & ſeq. Hartm. Hartm. d. obſer. 12. n. 1. verſ. item non debet. & ſeq. Iac. Ayrer in ſuo proceſs. hiſtor. part. 1 c. 8. obſer. 6. n. 2. Et teſtes tantum debent teſtari de his, quæ aguntur in judicio. Scacc. d. c. 8. n. 886. verſ. tum quia teſtes. & ſeq.

3 Atq; ita etiam Scabini Lipſenſes 22. Maÿ Anno 1613. ad conſultationem G. M. reſponderunt. Seyd jhr zum Zeugen angegeben vnd vnter andern befraget worden/ob jhr ein Ehebrecher/Hurer/Gotteslesterer/oder mit andern Vbelthaten beflecket/So ſeyd jhr auff ſolche interrogatoria zu antworten nicht ſchuldig/V. R. W.

Deciſio XVII.

Ceſſio hereditatis uni ex coheredibus facta, an etiam proſit alÿs.

SVMMARIA.

1. *Species facti proponitur.*
2. *Si quis uni ex coheredibus ante aditam à ſe hereditatem renunciat alteri, tunc eiuſmodi renunciatio prodeſt omnibus heredibus.*
3. *Natura iuris accreſcendi eſt, ut portio portioni & non perſonæ accreſcat.*
4. *Contraria & à Scabinis Lipſenſibus de hoc caſu approbata opinio.*
5. *Renunciatio hereditatis uni ex heredibus facta, quando illi ſoli prodeſt vel etiam alÿs accreſcit, n. 6 7. 8. ubi pulchræ declarationes.*

1 ANte paucos annos talis caſus occurrebat, Quidam ex heredibus metu æris alieni nolebat ſe immiſcere hereditati, ſed ſuam portionem uni ex còheredibus pro certa ſumma pecuniæ cedebat, unde dubitabatur, an hæc ceſſio etiam alijs coheredibus proſit?

2 Pro affirmativa facit illud vulgare, ſi unus ex pluribus fratribus ante hereditatem â ſe aditam renunciat alteri ex fratribus portionem ſuam hereditatis, quod talis renunciatio prodeſt, non ſolum illi, cui facta eſt renunciatio, ſed etiam cæteris fratribus coheredibus. *Dyn. conſil. 6. incip. ex teſtamento Domini Alberti. in 1. dubio. n. 1. & ſeq. Nicol. Boer. deciſ. 184. incip. & primo. n. 3. verſ. ubi voluit. & ſeq. Paul. de Caſtr. conſil. 135. incip dubium facit. n. 2. ſub fin. & n 3. & conſil. 252. incip. viſo puncto. n. 1. verſ. operatæ ergo fuit. & ſeq. lib. 1. Bl. in l. 1. C. quando non pet. part. in 4. quæſt. n. 26. Ioann. Andr. in addit. Spec. lib. 4. part. 3. tit. de teſtament.*

teſtament § 1 n. 27. ſub fin. lit. H. ſub fin. verſ. ad tertium reſpondetur Dec in l. ſi actionem 24 C. de pact. in 3 notab. Cretus in l. re conjuncti. 83 ff. de legat. 3. col 55 quæſt. 10 Cravett. conſil. 200. incip. avus habens. n. 7. verſ. & iſto caſu. tom. 1.

3 Propterea, quod de natura juris accreſcendi eſt, ut portio portioni, & non perſonæ accreſcat. *Br in l. re conjuncti. 89. ff. de legat. 3 n. 26. ſub fin. verſ. quia accreſcit Iaſon eod n. 137. Ioan. Goedd ad l. rectè dicimus ff de V. S n 23. in med. Ioan. Suev. de iur. accreſ. lib. 1. c. 4 in princ Donell. lib. 7. comm. c. 12. poſt princ. Angel. conſil. 153. n. 2. Signor. conſil. 183. n 3. Dec. in rubr. C. quando non pet. part. n. 8. Alex. Conſil 24. n. 8. lib. 5. Et ego in tractatu meo pract. de iure accreſcendi, c. 9. forte latius dicam.*

4 Contrarium tamen Scabini Lipſenſes *Menſe Maio Anno* 1606. ad conſultationem, Balthaſar von Schkölen vff Lepitz reſponderunt: Dieweil jetztgedachte Ceſsion, davon die vberſandte Ceſsion meldet / klar vermag / das Andreas von Beltzig ſeines Mündleins Annen Catharinen Antheil Väterlicher Erbſchafft / deſſelben Brüdern / Dietrichen von Boſſen cediret vnnd vbergeben / Dagegen er jhr / wenn ſie ſich verheyraten würde / ein tauſent Gülden zum Ehegelde / vnd fünff hundert Gülden für Schmuck vnd HochzeitGeldt zu geben gewilliget / So wird er bey ſolcher Ceſsion allerne billich gelaſſen / vnd ſeine andere Schweſter hat an dem cedirten Theile keine Forderung / V. R. W.

5 Propterea, quod ſupradicta jura de nuda repudiatione hereditatis duntaxat loquuntur, ubi quis uni duntaxat ex heredibus ſuam portionem gratis renunciat; Secus eſt in ejuſmodi ceſſione & repudiatione compenſatoria, ubi quis in compenſationem ſui juris renunciati & remiſsi aliquid accipit, ut in terminis tradit *Nicol. Boer. d. deciſ.* 184. *incip. & primo. n. 4. verſ. vel quando*

[illegible] verſic.& ſeq. Cum enim hæc vicem venditionis obtineat. *l. per diverſas.23. C. mand. l.1. & tot. tit. ff. & C. de action. & hereditat. vendit.*

Mirum non eſt, ſi ei ſoli, cui facta eſt, prodeſſe deb[illegible], *text. elegans in l. quæcunq. 11. ff. de O. & A. §. 1. & tot. tit. inſtit. per quas perſonas cuique acquir. l. ſtipulatio 38. §. alter 17. ff. de V. O.*

6 Deinde, quia prædicta theorica, quod renunciatio hereditatis uni ex heredibus facta poſsit etiam aliis, fallit, ſi ex conjecturis apparet, quod contemplatione illius ſolius fuerit facta. *Bl. in l. pactum. 3. C. de collat. n. 13. verſ. quod eſt verum niſi appareat. Paul. de Caſtr. conſil. 252. incip. viſo puncto. n. 2. in med. verſ. hoc idem tenet ipſe. & ſeq. lib. 1. Nicol. Boer. d. deciſ. 184. n. 4. verſ. aut quando ſolum.*

In caſu autem præſenti aliud apparere quis dubitavit, cum renunciatio & ceſsio hæc non gratuito, ſed
7 pro certa ſumma pecuniæ fuerit facta. Id, quod etiam vel maxime inde apparet, quia ſi quis uni ex heredibus ſuam portionem non renunciat, ſed donat, & ita verbo donationis utitur, tunc præſumptio eſt, quod hoc illi ſoli, & non etiam aliis proſit. *Paul. de Caſtr. conſil. [illegible] incip. dubium facit. n. 3. verſ. ſed ſi dicamus quod ſit donatio. & ſeq. lib. [illegible] & in l. ſi actionem. 24. C. de pact. num. 2. verſ. quia videtur. Iaſon in l. ſicut maior. C. de repudiat. hered. num. 2. verſ. ſed dicat & ſeq. Bl. in d. l. part. 3. num. 13. ſub fin. verſ. donatio præſumptionis.*

8 Quemadmodum etiam videmus, ſi quis uni ex heredibus pactum de non petendo facit, quod hoc aliis heredibus etiam non proſit. *Bl. in l. ſi actionem. 24. C. de pact. in princ. verſ. pactum factum uni. & num. 1. verſ. nam ſi ſunt*

G duo

dua. & ſeq. Paul. de Caſtr. in d. conſil. 212. incip. viſo puncto, n. 2. in med. verſ. praeterea dicit ipſe. lib. 1. Nicol. Boer. d. deciſ. 184. num. 4. verſ. concludens. & ſeq.

Si hoc obtinet in ſimplici donatione, & pacto de non petendo, utiq; multo magis obtinebit in ceſſione & renunciatione compenſatoria, qua quis data pecunia acquiſivit, quoniam eiuſmodi compenſatoria & onerosa acquiſitio alicui firmius jus confert, quam gratuita & more lucrativa. *Arg. §. ſi res. 6. inſt. de legat. l. ſi ſervum. 108. §. ſtichum. 4. ff. de legat. 1. l. nota. 21. §. 1. ff. de legat. 3. l. omnes. 17. l. ex promiſſione. 19. ff. O. & A.*

Deciſio XVIII.

Renunciatio alicui & eius heredibus facta, aliis coheredibus non prodeſt.

SVMMARIA.

1. *Notabilis limitatio ad praecedentem limitationem in hac deciſione, confirmatur.*
2. *Lipſienſium ſententia adfertur.*

1 QVamvis alias juris certi ſit, quod repudiatio & renunciatio hereditatis uni ex heredibus facta, etiam aliis prodeſſe ſoleat, *ut in praeced. deciſ. n. 2. dictum eſt*, hoc tamen notabiliter fallit, ſi alicui & ejus heredibus renunciatio facta eſt, ut eleganter tradit *Paul. de Caſtr. in d. conſil. 212. incip. viſo puncto. n. 2. in med. verſ. quia ſi eorum etiam. lib. 1. Nic. Boer. d. deciſ. 184. n. 4. verſ. ipſi patri pro ſe. & ſeq.*

2 Scabini Lipſienſes *Anno 1614.* pronunciarunt: Hat euch/ ewren Erben vnd Erbnemen ewer Bruder Heinrich ſeinen Antheil an den väterlichen Gütern auffgelaſſen vnd verzichen/ vnd euch einen ſchein

vnter ſeiner Hand vnd Sigill zugeſtellet / So habt ihr euch ſeines Antheils alleine anzumaſſen / vnd ewere Miterben haben ſich deſſen nicht zu erfrewen. V.R.W.

Deciſio XIX.

Si quis emphyteuſin pro ſe, ſuis liberis, & nepotibus accepit, an eo mortuo liberi vel nepotes tenentur laudemium ſolvere?

SVMMARIA.

1. *Negativè deciditur n. 4. ubi ratio redditur.*
2. *ICtorum VVittenbergenſium ſententia.*
3. *Maritus, ſi de bonis uxoris ſolvit laudemium, tunc eo mortuo uxor laudemium iterum ſolvere non debet.*
5. *Laudemium ſolvitur pro inſcriptione & receptione novi emphyteutæ.*
6. *Si emphyteuſis alienatur in eum, qui eſt comprehenſus in inveſtiturà, tunc is laudemium etiam ſolvere non debet.*
7. *Si vaſallus pro ſe & ſuis heredibus inveſtituram accepit, tunc eo mortuo, eius heredes renovationem inveſtituræ etiam petere non debent.*
8. *Si emphyteuſis eſt conceſſa Petro & Martino, & cuilibet eorum in ſolidum, tunc mortuo Petro, dominus videtur tacite renovare Martino propter verbum in ſolidum.*

1 NEgativè concludit *Salyc. in l. ult. C. de iure emphyt. num. 1. verſ. & ideo ſi quis recepit pro ſe filiis, & nepotibus. Jaſon eod. num. 41. verſ. & per hoc infert multum ſignanter. Alex. eod. in l. lectur. num. 17. verſ. ideo ſi quis recepit pro ſe, & ſeq. Christoph. Zobel part. 3. differ. 21. n. 7. ibi, unde ſi quis accepit & ſeq. Marcell. Caler. deciſ. 33. incip. de iure civili laudemium. n. 20. & num. 2. part. 1.*

2 Veluti etiam ita ICti judicii Curialis Wittenbergenſis *Menſe April. Anno 1584.* [illegible] Dienern zu [illegible] reſponderunt: Als ihr vns berichtet wie daß ewer Hausfrawen Vater natürlicher weiſe mit Tode abgangen / welcher [illegible] gedachte ſeine einige Tochter / beneben ſeinen Gütern / hinder ſich verlaſſen. Weil aber die Chriſtoph [illegible] das [illegible] thaw / darunter gemeldtes ewers Schwehers S. Gut [illegible] wegen jhres Leibgedinges innen hat / vnd jetzo von euch vnd ewerer Hausfrawen von ſolchem Gut Lehnwahren fordern thut / auch albereit den Gerichten daſelbſt befohlen / wegen ewer Verweigerung euch zu pfenden / ſo habt jhr gebeten / des Rechten euch darvber zu berichten.

Demnach ſprechen wir verordnete DD. des Churfl. Sechſ. Hoffgerichts zu Wittenbergk darauff vor Recht / daß ewer Hausfraw / als die von ſolchem Vater jhr Gut ererbet / alldieweil in der [illegible] jhres Vaters Belehnung ſie mit begriffen / einige Lehenwahre vermöge beſchriebener Rechte davon zu geben / nicht ſchüldig. V. R. W.

3 Quod extenditur etiam ad maritum, nam ſi maritus ſolviſſet laudemium de bonis uxoris, tunc eo mortuo mulier non tenetur iterum ſolvere laudemium. *Zobel. part. 2. d. differ. 21. n. 9. ibi quod etiam procedit. & ſeq.*

4 Ratio eſt, quia hæc non eſt nova acquiſitio, ſed dominii tantum continuatio. *l. deſcriptionis un. C. de impon. lucrat. deſcript. lib. 10. Chriſtoph. Zobel. lib. 3. d. differ. 21. n. 8. Bl. conſil. [illegible] incip. ad evidentiam ſciendum eſt n. 3. verſ. ex his apparet. & ſeq. lib. 3. Alex. conſil. 5. incip. ſi vera. n. 3. verſ. nam ſecundum [illegible] 5.*

5 Deinde, quia laudemium debetur pro inſcriptione & receptione novi emphyteutæ. *text. in l. ult. ſub fin. verſ. & ne avaritia C. de iure emphyteut. Coler. deciſ. 33. n. 1. verſ. pro inſcriptione. & ſeq. part. 1. Iaſon in l. ult. C. de iure emphyteut. n. 3.*

n.17 verſ.ſecundo modo. Capell. Tholoſan. quæſt. 279 [illegible]

Qui autem jam antea fuit in inveſtiturâ, amplius recipi & inſcribi non debet. *arg. § ſic itaq. 14. § nam res in ſin. de acquiſ. rer. dom. l. 1. C. de theſaur.*

6 Præterea, quia videmus, ſi res emphyteutica alienatur in eum, qui eſt comprehenſus in inveſtitura, & ad quem poſt mortem emphyteutæ, res erat perventura, quod is laudemium ſolvere etiam non debeat. *Ant. Cravett. conſil. 215. incip. pater dedit. n. 8. ibi, ſecundo principaliter. tom. 1.*

7 Vlterius, quia ſi Vaſallus pro ſe & ſuis ſucceſſoribus inveſtituram petiit, tunc eo mortuo eius heredes inveſtituram, vel eius renovationem, petere non habeat neceſſe. *Bl. in l. un. §. excepto. C. de caduc. tollend. n. 4. verſ. niſi antecesſor iuraſſet fidelitatem. Iaſon conſil. 139. incip. circa primam. n. 9. ſub ſin. verſ. nam magnificus quondam & n. ſeq. vol. 2.*

A feudis autem ad emphyteuſin valere argumentum, tradit *Iaſon in l. 1. C. de iure emphyteut. n. 56. & ſeqq. Everhard. in loco à feudo ad emphyteuſin. 29. n. 2. & ſeqq.*

8 Deniq; quia communis eſt DD. concluſio, ſi emphyteuſis eſt conceſſa Petro & Martino, & cuilibet eorum in ſolidum, quod mortuo Petro dominus videtur tacite renovare Martino, propter illud verbum (in ſolidum) ita ut alia renovatio & ſolutio laudemii non requiratur. *Bl. in l. un. C. quando non petent. part. col. 10. n. 16. ibi, ſed hic dubitatur. & ſeq. quem ſequitur Iaſon in l. ult. C. de iure emphyteut. n. 36. ibi, ultra prædicta. & ſeq. Alex. conſil. 30. incip. [illegible] n. 9. ibi, ſed ita eſt. lib. 1.*

Decisio XX.

Mortuo emphyteutâ, an eius heredes ad petendam renovationem inveſtituræ unum ex ſe eligere, vel curatorem (vulgo Lehentreger) conſtituere poſſint.

SVMMARIA.

1. *Terminus hic* ein Lehentreger/ *an ſit de fide cognitus.*
2. *Plures heredes an renovationem inveſtituræ per curatorem,* Einen Lehentreger *poſſint.n.3.*
4. *Sententia Lipſenſium recenſetur.*
5. *Dominus novum emphytentam per Curatorem recipere vel inveſtire non poteſt.*
6. *Si duo ſunt heredes, & volunt emphyteutica bona dividere, ita ut unus allodium, alius emphyteuſin habeat, tunc hoc absq; conſenſu domini facere non poſſunt.*
7. *Ex renovatione inveſtituræ dominus magnam commoditatem ſentit.*

1 QUamvis *Modeſtin. Piſtor. quæſt. 133. incip. Heinricus à* Bilauw.*n.1.ibi, ego quidem.& ſeq.part.4.* ingenuè fateatur, ſe non meminiſſe, quod aliquid in jure de hoc termino (Lehentreger) legerit.

2 Hic tamen terminus noſtratibus admodum frequens & proinde ubiq; receptum eſt, quod plures heredes per curatorem renovationem inveſtituræ petere poſſint, ut in ſpecie tradit *Zaſius de feud (ubi ita Germaniæ conſuetudine ſervari teſtatur) part.7.n.10.verſ poſſunt tamen unum.& n 11.quem ſequitur Hartm.Hartm.li.2.obſ tit.de feud.54. obſ.19.incip.mortuo vaſallo.n 2 & ſeq VVurmbſ lib 1.obſer.tit. de feud.11.obſer.35.num.1.verſ.licet conſuetudo Borch.tract.de feud.c.7.p 1 n.34.ibi,poſſunt quoq; Roſenth.de feud c 6 concl.19. [illegible] ſæpe dict.c.n.4. Vult.de Feud.lib.1.c.7 n 93 Schneid. tract.[illegible] part.5.n.12.& ſeq. VVeſenb.tract.ibid.c.8.n 9.verſ.ſe-*

que

[illegible] b. tra. 7. eod. part. 1. n. 4. verſ. hoc caſu ſimiliter. & ſeq. quibus adduntur Iulius Clarus lib. 4. ſent. §. feudum. quæſt. [illegible] Bl. in c. un. §. 1. tit. quo tempore miles. n. 6. Tuſch. tom. 3. verb. feudum concl. 124. incip. feudatarius tenetur. n. 30. verſ. & poteſt.

3 Quod tamen verum eſt, ſi dominus conſentiat, & euiuſmodi Curatorem admittere velit, eo enim invito heredes per curatorem emphyteuſin recognoſcere, & renovationem inveſtituræ petere non poſſunt.

4 Quemadmodum ita Lipſenſes *Menſe Decembr. Anno 1607.* ad conſultationem H. N. reſponderunt: Daß ein jeglicher ſeinen Antheil in Lehen zu nemen, vnd der Lehenherr P. von R. einen Lehentrager zuzulaſſen, nicht ſchuldig. V. R. W.

Idq; ideo, quoniam illi heredes, qui ipſi emphyteuſin in propria perſona non recognoſcunt, ſed curatorem conſtituunt, dominum quodammodo contemnere

5 videntur: Deinde, quia videmus, quod dominus novum emphyteutam invitum per procuratorem ſuſcipere, & inveſtire non poſſit, ſed hoc vel per ſe ipſum, vel per literas facere tenetur. *elegant. Iaſon in l. cum dubitabatur. ult. C. de iure emphyt. n. 38. ibi, tertio decimo nota. & ſeq.*

Si dominus per Curatorem vel procuratorem emphyteutam ſuſcipere nequit; Ergo multo minus emphyteuta invito domino per curatorem emphyteuſin recipere & recognoſcere poteſt. Cùm emphyteuta dominum multo magis reſpicere & honorare debet, quàm dominus Emphyteutam. *Matth. de Afflict. dec. [illegible] verſ. tamen ſtrictius. & n. ſeq. & n. 99.*

6 Vlterius, quia ſi duo ſunt heredes, & volunt bona emphyteutica dividere, ut unus habeat omnia em-

phy-

phyteuticam unius Eccleſiæ, alter alterius, vel unus allodium, alius livellum, tunc hæc diviſio ſine expreſſo vel tacito conſenſu domini fieri non poteſt, *Bl. conſil. [illegible] incip. diviſio autem principio n. 2. verſ. Gulielmus tenet contrarium. & ſeq. vol. 4.*

2 Denique, quia dominus ex renovatione inveſtituræ magnam ſentit commoditatem, cum exinde habeat laudemium. *Iaſon in l. cum dubitatur. ult. C. de iure emphyt. n. 35. lit. primo propter. Alvar Valaſc tract. emphyt. quæſt. 1. n. 15. Amad. à Ponte quæſt. 12. n. 3. & ſeq.*

Quæ commoditas ſanè ei aufferretur, vel ſaltem diminueretur, ſi curatorem pro renovandâ inveſtiturâ admittere teneretur, ut *infra deciſ. 23. & ſeq.* dicetur.

Deciſio XXI.

Heredes an inviti ad petendam renovationem inveſtituræ Curatorem conſtituere, vel unum ex ſe eligere debeant?

SVMMARIA.

1. *Emphyteuſis dicitur beneficium & gratia.*
2. *Domini intereſt, certum habere emphyteutam.*
3. *[illegible] per plures perſonas & loca diſperſa redditur difficilior, & inutilior.*
4. *[illegible]norum [illegible] ſententia refertur de hoc caſu.*
5. *Dominus invitus novum emphyteutam recipere debet.*

1 Videtur dicendum quod, SIC, quoniam Emphyteuſis dicitur beneficium & gratia. *Alex. conſil. 7. in princ. argumentis & ponderatis in princ. verſ. & primo quia. n. 1. verſ. tamen etiam. & n. ſeq. lib. 7. Tuſch. tom. 3. verb. emphyteuſis, concl. [illegible] n. [illegible] & ſeqq.*

More-

Digitized by Google

Heredes ergo [illegible] poſſunt cogi ad conſtituen-dum [illegible] pro receptione emphyteuſeos, quo-niam licet invito beneficium non detur. *l. invito.* [illegible] tamen invitus, ſi illud habere velit, in gratiam concedentis aliquid facere tenetur, per ea quæ tradit *Coler. conſil. 57 per tot.*

4 Deinde, quia domini intereſt, certum habere em-phyteutam. *Matth. Coler. deciſ. 33. n. 42. in fin. part. 1.*

5 Quod ſanè melius & expeditius fieri non poteſt, quàm ſi heredes unum ex ſeſe eligant, vel, curatorem conſtituant, quoniam res per plures perſonas & loca diſperſa, redditur difficilior & inutilior. *l. 2. §. noviſſime. 11. ff. de O. I. Curt. Iun. de feud. part. 4. n. 132. poſt princ. verſ.* [illegible] *eſt Iaſon conſil. 236. num 25. verſ. eo quia* [illegible] *Paul. de Caſtr. conſil. 179. incip. in cauſa quam.* [illegible] *verſ.* [illegible] *eſt lib. 1.*

6 Contrarium tamen Scabini Lipſenſes *Menſe Ianuar. Anno 1616 ad conſultationem Baſilii* Kindes vnd *Conſorten* zu [illegible] *reſponderunt*: Hat Blaſius Kind [illegible] drey Acker Holtz vnd Wieſen / ſo [illegible] zu Lehen rühren / auff euch vnd [illegible] an ſeine beyde Söhne / gebracht vnd verfället / [illegible] eures Vaters Abſterben bey gemeldtem von [illegible] die Lehen gebeten / vnd das gebreuchliche Lehngeldt entrichtet / [illegible] die Lehen gereichet vnd mitgetheilet / [illegible] begeben vnd zugetragen / daß ewer Bruder [illegible] Todes verblichen / vnd drey Söhne nach ſich verlaſſen / [illegible] des halben Theils an berührten drey Ackern Holtz vnd Wieſen / ſo von ihrem Vater auff ſie kommen / die Lehen [illegible] Jahrs [illegible] Tragen. So iſt der Lehen [illegible] gebührenden Lehenwahre / ihnen in geſampt die Lehen [illegible]

Digitized by Google

ſei ſchuldig / Vnd ſie mögen einen Lehenträger vber ſich zu ſetzen nicht gedrungen werden / V.R.W.

Propterea quod in contractibus, & aliis negotiis civilibus, in quibus ipſe in propria perſona intervenire poteſt, nemo procuratorem vel curatorem conſtituere teneatur. *Iaſon. in l. ſi quis iniquum. § ſi procurator. ff. quod quisq. iuris in alium. n. 14. in med.*

Et Dominus invitus novam emphyteutam recipere teneatur. *Specul. lib. 4. part. 3. tit. de emphyteuſi. n. 64. in fin. verſ. & ſic dominus invitus. & n. ſeq.*

Deciſio XXII.

Quid intereſt, an quilibet hæredum per ſe, an verò per Curatorem (Lehenträger) emphyteuſin recognoſcant.

SVMMARIA.

1. *Si plures emphyteuſin per curatorem receperint, & unus ſolus ſuam partem canonis non ſolvit, tunc tota emphyteuſis in commiſſum cadit.*
2. *Mortuo Curatore omnes & ſinguli emphyteuſin recipere, renovationem inveſtituræ petere, & laudemium ſolvere debent.*
3. *Scabinorum Lipſenſium ſententia.*
4. *Officium Curatoris morte finitur.*

MVltum ſane intereſt. Si enim quilibet hæredum ſuam portionem per ſe recognoſcit, & poſtea unus ſolus partem ſuam canonis ſolvit, alter non, tunc tota emphyteuſis in commiſſum cadit, quod ſecus, ſi unum ex ſeſe ad renovandam inveſtituram, & recognoſcendam emphyteuſin eligant, vel curatorem con-

conſtituant, ut in meis concluſionibus practicabilibus *part. 2. concluſ. 46. num. 41. & ſeq. junct. num. 30. & ſeq.* latius dixi.

2 Deinde utilitas etiam in eo reſidet, quod, ſi plures ſint, qui emphyteuſin pro certis diviſis portionibus poſſident, mortuo uno eius heredes duntaxat portionem defuncti recognoſcere & pro ea laudemium ſolvere debent. Secus eſt, ſi curator moritur, tunc enim omnes totam emphyteuſin, & quilibet ſuam portionem recognoſcere, & laudemium ſolvere debet, veluti ita Scabini Lipſenſes ad conſultationem G. H. vnd Conſorten/ *Menſe Octobr. Anno 1615.* reſponderunt:

3 Habt jhr vnd ewere Miterben Georgen Newmann zu K. zum Lehentreger verordnet/ vnd von N. von B. Anno 1608. etwer anererbte Güter in Lehen nemen laſſen / Vnd es hat ſich begeben/ daß abgewichenes 1613. Jares/ gedachter Newmann mit Tode abgangen/ ſo ſeyd jhr die Lehen von newem zu ſuchen/ vnd die gebreuchliche Lehenwahr zu entrichten ſchuldig V. R. W. Idem JCti Wittenbergenſes & Lipſienſes reſponderunt, veluti ex totum reſponſis *infr. deciſ. 68. n. 5. & n. 13.* patet.

4 Quoniam officium Curatoris ejus morte finitur. *Ægid. Bellam. conſil. 12. n. 19. verſ. ad primam quæſtionem. & n. 20. verſ. quoad primam. & ſeq.*

Et ejuſmodi curator inſtar mandatarii eſt; Cum igitur morte mādatarii mandatū finiatur, ita ut principales vel alium mandatarium conſtituere, vel per ſe rem peragere teneantur. *Tuſch. Tom. 5. verb. mandatum. concl. 65. n. 2.*

Mirum non eſt, ſi Domini principales emphyteuſin recognoſcere, & laudemium ſolvere teneantur,

Deciſio XXIII.

Si quis per Curatorem emphyteuſin recepit, & poſtea moritur, an eius heredes emphyteuſin recognoſcere, & laudemium ſolvere teneantur.

SVMMARIA.

1. *Ratio dubitandi affertur.*
2. *Oppoſitum idem operatur in oppoſito, quod propoſitum in propoſito.*
3. *Scabinorum Lipſenſium ſententia recenſetur.*
4. *Mandatum morte domini extinguitur.*
5. *Si quis emphyteuſin alteri cuidam vendit, tunc emptor emphyteuſin renovare, & laudemium ſolvere debet etiam curatore [illegible] qui adhuc vivet.*
6. *[illegible] humanas ſolvit & extinguit.*

1 VIdetur dicendum, quod NON, propterea, quod in præced. deciſ. dictum eſt, ſi Curator (Lehentrager) moriatur, quod tunc emphyteutæ recognitionem facere, & laudemium ſolvere debent. Ergo è contrario, ſi curator non moritur, ſed tantum emphyteuta, eius heredes tale quid facere non tenentur, quoniam oppoſitum

2 idem operatur in oppoſito, quod propoſitum in propoſito. *Bl. in l. & ſi contra tabulas. 35. ff. de vulg. & pupill. [illegible] & [illegible] operatur. & in l. 1. C. quando licet ab emption. diſced. [illegible] Paul. de Caſtr. in l. ſi quis ff. de negot. geſt. [illegible] ff. de leg. 1. n. 3. ibi, & quod operatur. & n. 4. [illegible] tabulas. 34. ff. de vulg. & pupill. n. [illegible] ibi [illegible] de præſumpt. lib. 4. præſ. 60. n. 56. Surd. conſil. [illegible]*

[illegible] n. 37. conſil. [illegible] incip. de anno n. 35. & conſil. [illegible] incip. [illegible] conſil. [illegible] incip. [illegible] n. 11. Pariſ. conſil. [illegible] incip. [illegible] teſtamentum n. 21 vol. 3. Curt. iun. conſil. [illegible] ſeu prævalente conſultationis. n. 5. verſ. ut idem operetur. Baldu. 2 [illegible] conſil. 90 incip. tota machina. n. 23. vol. 4. Tiber. Decian. [illegible] 1. de [illegible] cauſarum. n. 81. verſ. cum idem operetur & ſeq.

Præſertim cum Curator hic ſemel emphyteuſin renovavit, quæ renovatio tam diu durat, donec curator vixerit, & per eius mortem emphyteuſis vacua non fuerit, ideo vivente adhuc curatore, & durante recognitione nova renovatio non neceſſaria videtur, cum tunc demum emphyteuſis renovari debeat, ſi recognitio fuerit finita. *l. ult. ubi Iaſon & DD. communiter de iure emphyteut.*

5 Contrarium tamen Scabini Lipſenſes ad requiſitionem Heinrichs von Uchteritz auff Medowitz/ *Menſe Auguſto anno [illegible]* pronunciarunt: Hat L. von M. [illegible] Gut/ ſo vnter ewern Gerichten liget/ vnd von euch [illegible] Lehentreger zu Lehen nemen [illegible] verſtorben. Ob nun wol der Lehentreger [illegible] die Lehen ſeiner Perſon halben nicht erloſchen/ Dieweil aber [illegible] das Gut jhme nicht zuſtendig/ er auch daſſelbe nicht für ſich/ ſondern wegen gedachtes L. von M. in Lehen genommen: So ſind auch L. von M. hinderlaſſene Erben/ jhres Vatern Guts [illegible] zu Lehen zu nemen/ vnd das gewöhnliche Lehengeldt [illegible] ſchuldig V.R.W.

6 Propterea quod eiuſmodi Curator nihil eſt aliud, quam mandatarius, *ut in præced. deciſ. dixi.* Mandatum autem morte domini principalis finitur. *l. mandatum. C. mand. Oldrad. conſil. 130. incip. omnis præſ[illegible] & [illegible]*

[illegible] & ſeq. Feder. de [illegible] conſil. [illegible] incip. [illegible] pa- [illegible] num. 1. & ſeq. [illegible] lib. 1. [illegible] num. 10.

5 Deinde, quia videmus, ſi quis inveſtituram emphyteuſeos per curatorem accepit, & poſtea eandem emphyteuſin alteri cuidam vendidit, quod tunc non obſtante, quod Curator (Lehentreger) adhuc vivat, emptor nihilominus, vel per ſe vel per alium, Durch einen andern Lehentreger inveſtituram petere teneatur, ut eleganter tradit, & ita *Scabinos Lipſenſes ad requiſitionem Ioannis* [illegible] *in* Feudis, *Menſe Maio Anno 1564.* reſpondiſſe teſtatur. *Modeſt. Piſtor. quæſt. 133. incip. Heinric. à* Bünaw. *n. 1. & ſeqq. per tot. part. 4.*

Idq; ideò, quoniam Curator hic non ſuo, ſed utilis domini nomine inveſtituram accipiat, quæ inveſtitura diutius non durare cenſetur, quam durat dominium utile apud eum, cuius contemplatione eſt inveſtitus. *Modeſt. Piſtor. d. quæſt. 133. num. 2. ibi, ſed tamen cum u. & ſeq. part. 4.*

Hoc igitur, ſi verùm eſt, in alienatione inter vivos, multo magis obtinebit in morte, cum quis emphyteuſin alienatam poſſit redimere, & utile dominium recuperare, quod poſt mortem fieri non poteſt, cum

6 mors omnes potentias humanas ſolvat & extinguat. *Bl. conſil. 67. incip. punctus quæſtionis. numer. 2. verſ. quia mors ſolvit. libr. 5. Socin. Iun. conſil. 112. num. 9. & num. ſeq. libr. 1.*

Deci-

Deciſio XXIV.

De rebus expeditoriis (vom Heergewette) *quæ ad illas pertinent, & num etiam pullus equi.*

SVMMARIA.

1. *In Saxonia res expeditoriæ, Heergewette, ſunt in uſu.*
2. *Pullus equi,* ein Hengſtfüllen *an etiam ad res expeditorias pertineat.*
3. *Pullus propriè ſub appellatione equi non continetur.*
4. *Scabinorum Lipſenſium ſententia affertur.*

1 IN Saxonia & finitimis regionibus peculiares quædam ſpecies ſunt, in quibus proximus agnatus (Der nechſte Schwerdtmagen) ſuccedit, quam Heergevvettam vel res expeditorias vocamus, uti in meis concluſionibus practicab. *part.3.concl.24.n.5.* dixi. Inter reliquas etiam res ad eam pertinet equus optimus cum ephippio. *d.concl.24.n.6.*

2 Si igitur talis non adeſt, ſed tantum pullus equi, ein Hengſtfüllen quærebatur, an ille ad Heergevvettam pertineat, & proximo agnato debeatur?

Dubium movebat, quod pullus etiam ſit & dicatur equus, unde vendita equa etiam pullus, qui ſequitur, venditus cenſetur. *Bl. in l. ſi ut certo. 5. §. uſq; adeo. ff. commod. n. ... primum eſt utrum. Iaſon in l. ſi extraneus. ff. de condit. cauſ. dat. n.24.*

Et pullus tam aptus eſt militiæ, ac alius equus, imò experientia teſte pulli ſæpe ad militiam magis, quàm alii equi, uſurpantur, cum natura ſint validiores & rei militari accommodatiores.

3 Verum enimvero, cum pullus propriè appellatione equi non contineatur, & ob id, ſi con-

caro-

cavetur, quod qui equum ad bellum duxerit, ſinguliſ diebus habeat decem, is qui pullum duxit, decem non habeat. *Nicol. Boer. deciſ. [illegible] num. [illegible] verſ. quia [illegible] & ſeq.*

Et ad Heergevvettam etiam equus non ſimpliciter, ſed cum hac qualitate, quod antea ephippio & freno fuerit inſtructus, & ductus, pertineat. *Andr. Gelde [illegible] de gerad. tit. de [illegible]ecieb. quas uxor geradam capiens. n. 4. Coler. deciſ. 20. n. [illegible]. part. 1.*

Quæ qualitas eo ipſo tempore, ubi quis moritur, & Heergevvettam reliquit, adeſſe debet, alias nihil debetur. *[illegible]win. conſil. [illegible] in fin. verſ. nec obſtat fundamentum & ſeq. & conſil. 90. in fin. Raphael Cuman. conſil. 146. incip. Simon [illegible], num. 2 [illegible], quia qualitas. & ſeq. Paul. de Caſtr. conſil. 4[illegible]. incip. [illegible]ur in caſtro. poſt med. verſ. ſecundo dubitatur. lib. [illegible].*

Ideoque Scabini Lipſenſes *18. Decembr. Anno 1553.* merito contrarium reſponderunt:

Iſt [illegible] verſchienener Zeit Hans Kretzſchmar zu Dolſchitz verſtorben / und hat unter andern Gütern ein Hengſtfüllen von anderthalb Jahren [illegible] verlaſſen / So gehöret ſolch Füllen zu dem [illegible] und nicht zu dem Heergeräthe / Und deſſen verſtorbenen Brüder [illegible] und [illegible] die Kretzſchmar / haben ſich deſſen nicht anzumaſſen V. R. W.

Deciſio XXV.

Præceptum Iudicis debitori de non exſolvendo factum an eum à mora, uſuris & intereſſe excuſet?

SUMMARIA.

1 *[illegible]*
2 *[illegible] recenſetur.*

3. *Debitor juſſui & præcepto Judicis parere neceſſe habet.*
4. *Præceptum & juſſus judicis excuſat ab omni pœna.*
5. *Excuſat a perjurio.*
6. *Excuſat a mora.*
7. *Et ab Intereſſe.*

1 Affirmativam amplectitur *Alber. de Roſate in l. ſi quis id. C. ff. de jurisdict. n. 6. verſ. & faciunt prædicta. poſt princ. in verb. & quod etiam durante ipſo termino. & ſeq. Felin. in c. conſtitutus. 19. extr. de reſcript. n. 12. verſ. nec durante illo termino. & ſeq.*

2 Veluti etiam ita Lipſenſes ad conſultationem Martin Gunßſchers/*Menſe Septembr. Anno* 1617. reſponderunt. Ob nun wol jhr euch in der Verſchreibung/ ſechs vom hundert Zinſe zu geben/verpflichtet / auch deßwegen ewer Hauß mit des Ampts Conſens zum Vnterpfandt verſchrieben. Dieweil aber dennoch euch von dem Schöſſer zu S. ewerm Creditori, die 300. fl. außzuzahlen bey Straffe verboten worden/ So ſeyd jhr von zeit ſolches angelegten Verbots / keine Zinſe zu geben verbunden/ V. R. W.

3 Idq; ideo, quod debitor juſſui & præcepto magiſtratus parere neceſſè habuit. *Matth. de Afflict. deciſ. 110. incip. Rex Alfonſus n. 20. & ibid. in addit. Cæſar. Urſill. n. 30. & ſeq. Paul. de Caſtr. in l. furti. §. qui juſſu. ff. de his qui notant. infam. n. 1. Iaſon. conſil. 26. n. 1. & ſeq. lib. 3.*

Ejus autem nulla culpa & mora eſſe poteſt, cui parere neceſſe fuit. *l. is damnum. 169. ff. de R. I.*

4 Et præceptum vel juſſus Iudicis vel magiſtratus excuſet ab omni pœna. *Felin. in d. c. conſtitutus. 19. extr. de reſcript. n. 12. ibi, quod ſi iudex, & ſeq. Guid. Papa deciſ. 340. incip. non debet. n. 3. verſ. ſed an præceptum. Curt. in l. un. C. de prohibit. ſequeſt. pecun. quæſt. 16. Corneus conſil. 8. incip. circa primum. in 2. dubio. lib. 2.*

5 A perjurio. *Iaſon in l. ſi quis maior. 14. C. de tranſact. n. 18. verſ. quod autem ſi non implevit. & ſeq. Felin. in c. [illegible] 19. extr. de reſcript. n. 11. ibi. per [illegible] & ſeq.*

6 A Mora. *Bl. in c. ult. extr. de ſequeſtr. poſſ. [illegible] Iaſon in d. l. ſi quis maior. 41. C. de transact. n. 2[illegible]. verſ. [illegible] cit textus notabilis. & ſeq. Alex. conſil. 11[illegible]. incip. titulus quæſtionis. n. 12. verſ. & ſimiliter juſta cauſa. & ſeq. lib. 2. Tuſch. tom. 6. verb. præceptum. concluſ. 480 n. 16. & ſeq. & per tot.*

7 Et ab intereſſe. *Gl. in L. in hoc. 4. in gl. magn ff. de condict. tritic. Alex. d. conſil 119. n. 12. verſ. & iuſta cauſa excuſat & ſeq. lib. 2. Tuſch. d. concl. 480. n. 17.*

Deciſio XXVI.

Opificia, an & quatenus poſſunt confundi, ubi pulcher caſus de Ephippiarijs (Satlern) & Frenarijs (Riemern) tractatur.

SVMMARIA.

1. *Opificia non ſunt confundenda, & qui ea confundit, juſtitiam diſtributivam, & unam generis humani partem evertit. n. 2.*
3. *Collegia opificum approbata poſſunt de rebus ad ipſorum opificium pertinentibus ſtatuta condere.*
4. *Debent eſſe rationabilia & Iuri divino & humano non contraria.*
5. *Statutum opificum, & quod unius capit & de reliquis, alter non [illegible] ciat non valet.*
6. *Quædam opificia ita ſunt ſibi invicem cognata, ut vix dignoſci poſſint.*
7. *[illegible] propo nitur [illegible] Ephippiar[illegible] & Frenar[illegible].*
8. *[illegible] Sa[illegible]*
9. *[illegible] Lipſienſium Sententia reſcript[illegible] in ſupremo [illegible] confirmatur. n 44 & 49.*

in [illegible]

by Google

16. *Quibus [illegible] iuris colligitur, an poſſeſſorium vel petitorium ſit intentatum, n. 11. 12. 13 14. 15.*
17. *[illegible] & fundamenta Ephippiariorum receſentur.*
18. *Quod dicitur de cauſato & generato, debet etiam dici de cauſante & generante.*
19. *Conceſſiones & confirmationes Principum.* Innungsbrieffe *[illegible] in aliorum cenſentur privative & prohibitive conceſſæ.*
20. *Qui ex privilegio certam cerdonariam vel aliam artem mechanicam exercendi ius habet, alios prohibere poteſt.*
21. *Dictionum taxativarum ea eſt natura, ut ſint privativæ, excluſivæ & prohibitivæ omnium aliorum, qui in aliqua diſpoſitione non continentur.*
22. *Unus teſtis in poſſeſſorio plenè probat.*
23. *Teſtis articulum, ſuper quo examinatur, ſimpliciter affirmans, omnia contenta in eo affirmare cenſetur.*
24. *Ab effectibus rerum oriuntur nomina rerum.*
25. *Poſſeſſio & dominium colligitur ex denominatione alicuius rei.*
26. *Per pignorationem & capturam pignorum probatur poſſeſſio & proprietas.*
27. *Contrariæ rationes refutantur, & n. 28.*
29. *Res inter alios acta tertiis praiudicare non debet.*
30. *Ex unico actu ſingulari univerſalis poſſeſſio non colligitur.*
31. *Si Princeps duobus vel pluribus collegiis & univerſitatibus aliquod privilegium diverſis temporibus ſuper unâ eademq; re conceſſit, tunc illud collegium præfertur, quod prius conceſſit.*
32. *Privilegium poſterius quando tollit prius.*
33. *Teſtis de facto proprio deponens quatenus probat.*
34. *Teſtis generaliter deponentis depoſitio contra eum eſt interpretanda. Item unicus teſtis contra producentem plene probat, ibid.*
35. *Si uterq; poſſeſſionem probavit, ille debet obtinere, qui plures teſtes pro ſe habet.*
36. *In poſſeſſione is obtinere debet, qui antiquiorem poſſeſſionem probavit, & n. 37.*
38. *Actus clandeſtini in poſſeſſorio nihil iuvant.*
39. *Actus illi poſſeſſorii, qui cauſam litis dederunt, nihil proſunt.*
40. *Trium Academiarum reſponſa afferuntur. 41. 42. 43.*
41. *Requiſita ſubſtantialia interdicti uti poſſidetur, recenſentur.*

1 Opificum non eſt confundenda, ſed officiorum & perſonarum diſtinctionem in vita communi ordinandam, & conſervandam, ſuadet juſtitia diſtributiva. *Veſenb. in comm. ff. de I. & I. n. 11. ante med. verſ. ſin juſtitia diſtributiva. & n. 12. ibi, juſtitia igitur diſtributiva, &c.*

2 Quoniam abſurdum eſt, promiſcuis actibus turbari officia, & aliis creditum & conceſſum alios ſubtrahere. *textus elegans in l. conſulta. 23. verſ. abſurdum eſt. C. de teſtam. & quemadm. teſtam. ordin.* Et confuſio illa, quæ officiorum & collegiorum licitorum, quibus reſpublicæ carere non poſſunt, ſubſtantialem differentiam tollit, verè juſtitiam diſtributivam & unam generis humani partem evertit. *Ioan. Dauth. tract. de teſtam. n. 300. ſub fin. verſ. confuſio autem illa. pag. mihi 249. Veſenb. in comm. ff. de I. & I. d. n. 12. ſub fin.*

3 Vnde etiam fit, quod collegia opificum approbata, poſſint de rebus ad ipſorum collegium pertinentibus ſtatuta condere. *Franciſ. Marc. deciſ. 165. incip. an collegii magiſtri. n. 1. & ſeq. part. 1. Daniel Moller. lib. 2. Semeſtr. c. 15. incip. collegia. n. 1. Bl. in l. ult. C. de juriſdict. n. 1. verſ. & hoc infert. Iaſon in l. omnes populi 10. ff. de I. & I. n. 37.*

4 Dummodò juri divino & naturali non ſint contraria, nec inter eos aliquod præjudicium generent. *Iaſon in d. l. omnes populi. 10. ff. de I. & I. n. 37. verſ. dummodo non contradicant. & ſeq.*

5 Quapropter ſi tale quid in eorum ſtatutis habetur, ut quod unus cœpit, alteri perficere non liceat, Was einer angefangen oder zugeſchnitten / der ander nicht auſzumachen dürffe / non valet, ſed unicuiq;, quod ab altero inchoatum,

coatum,

rogatur, & derelictum eſt, ſine timore aliquo diſpendij perficere licet. *l. un. §. 1. verſ. ut nequis. C. de monopol. ubi Bl. in 4. ibi, nota quod mechanici. Daniel Moller. (ubi ita à Scabinis Lipſenſibus reſponſum fuiſſe teſtatur) lib. 2. Semeſtr. d. c. 15. n. 1. verſ. illud tamen ſtatutum. & n. ſeq. Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæſt. centur. 6. caſ. 569. n. 4. & n. 10.*

6 Sed quoniam quædam opificia ita ſint ſibi cognata & ſimilia, ut eorum operas & labores difficilime diſcernere poſſis, ſed ſemper alterum alterius operas conficiendi ſibi jus eſſe contendat; Ideoq; pro ſubſtantiali differentia inter ejuſmodi opificia & collegia mechanica conſervandâ accuratiore judicio opus eſt *Joan. Dauth. de teſtam. d. n. 300. verſ. & cum ſemel. & ſeq. pag. 247.*

7 Quemadmodum ante paucos annos in his terris inter Ephippiarios (Sattler) & Frenarios (Riemern) controverſia incidebat, ubi Frenarij certas quaſdam ſpecies, als Weißgar Leder zu machen / vnd zu verarbeiten / Kutſchen in Riemen zu hangen / vnnd zu beſchlagen / Büchſenhalfftern mit langen vnd kurtzen Riemen / Hinderzeuge / Wiſchſäcke / Köcher / Pulver Flaſchen / Wadſäcke / Drußkiſten / Vorbeuge / Gurt zu machen / Sporen zu faſſen / etc. ſibi ſolis conficiendi jus eſſe aſſerebant, Ephippiarij ècontra hoc negabant, & ſibi idem licere dicebant; weren ſolche gemeine Arbeit / die ſie ſo wol als die Riemer zu machen vnd zu verfertigen befugt.

8 Et inter eos couſq; in Summariſſimo poſſeſſorio coram commiſſariis diſceptabatur, donec per reſcriptum Electoris Saxoniæ, *20. Auguſti & 18 Octobr. Anno 1605.* fuit interlocutum, Daß die Sattler bey ſolcher Arbeit zu laſſen, es were aber den Riemern beydes in petitorio vnnd poſſeſſorio ein anders außzuführen vnbenommen.

Ideoq; Frenarij actionem ſuam in poſſeſſorio ordinario inſtituebant, & *ex l. 1. ff. uti poſſid. & l. meminerint. 6. C. unde vi ſeſe* acturos declarabant, & probationibus atq; reprobationibus hinc inde factis, publicatis,
9 diſputatis, & ventilatis, tandem ex reſponſo Scabinorum Lipſenſium, *10. Octobris Anno 1616.* fuit pronunciatum. Das aus dem geführten Zeugnus vnd den andern Acten allenthalben ſo viel zu befinden / das Kleger das jenige/ was jhme zuerweiſen aufferlegt/ vnd er ſich angemaſſet/ wie zu Recht nicht erwieſen vnnd dargethan hat/ Derowegen werden Beklagtens Principalen von der angeſtelten Klage vnd Zuſpruch billich abſolviret vnd entbunden/ V. R. W.

A quo tamen pronunciato ad ſupremum Iudicium Electorale, quod Appellationum vocamus, fuit appellatum, & pendente appellatione meum Iudicium ſuper hac controverſia à Frenariis petitum, quòd eis ſane denegare nec volui nec debui, & articulis probatoriis, teſtiumq; depoſitionibus, & actitatis benè examinatis, diſcuſſis, & perpenſis, ante omnia diſpiciendum eſſe duxi; an petitorium, an verò poſſeſſorium fuerit intentatum, & ita an prædicta ſententia genera-
10 lis in petitorio, an vero in poſſeſſorio ſit lata; Quod poſſeſſorium ſit intentatum, & ſecundum illud prædictam ſententiam intelligendam, ſequentes me monebant rationes; Tum 1. quod actor expreſsâ declaratione & proteſtatione ſibi proſpexit, & dixit, quod ſuper poſſeſſorio duntaxat velit experiri, & ad hoc certos textus poſſeſſorios, nempe *l. 1. ff. uti poſſides: l. meminerint. 6. C. unde vi.* allegavit;

Si

11 Si autem de intentione libellantis conſtet, eum voluiſſe intentare poſſeſſorium, tunc illud merito obſervandum, & poſſeſſorium tantum intentatum fuiſſe, judicandum eſt, etiamſi verba libelli aliud importare velint. *Socin. conſil. 262. incip. in cauſa magnifici. col. 1. verſ. confirmatur ſecundo. & col 2. in princ. verſ. ex quibus. lib. 2.*

Propterea quod meritò attendendum eſt, ſi ex actoris declaratione appareat, quo proſequi voluerit. *Alex. conſil. 117. incip. viſo proceſſu. n. 2. in med. verſ. vel expreſſa declaratione. vol. 2.*

12 Tùm 2. quia actores in concluſione libelli petierunt, ſe in poſſeſſione ſua manuteneri. An autem petitorium vel poſſeſſorium ſit inſtitutum, inprimis attendi debet concluſio libelli. *Lanfranc. de Orian in rubr. extr. de cauſâ poſſeſſ. & propriet. in princ. n. 8. verſ. & iſtam regulam. Hartm. Piſtor. quæſt. 45. n. 22 & ſeq. lib. 1. Tuſch. tom. 6. verb. poſſeſſorium. concl 450. n. 27. Alex. conſil. 117. incip. viſo proceſſu. n. 1. & ſeq. & 192. incip. in cauſâ. n. 8. ibi. non obſtat ulterius. & n. ſeq. vol. 2. Iaſon in l. naturaliter. 12. §. nihil commune. 1. ff. de acquir. poſſ. n. 191. Menoch. de recuper. poſſeſſ. in præl ud. n. 10. verſ. in praxi.*

13 Tum 3. Quia actores in concluſione petierunt, ne amplius in poſſeſſione ſua vel quaſi moleſtentur, ex quo verbo ſolum poſſeſſorium attentatum eſſe judicatur. *Gl. in c. auditæ verb. moleſtet. extr. de reſtitut. ſpoliat. Zaſi. conſil. 11. n. 27. lib. 2. Menoch. de recuper. poſſeſſ. in præl ud. n. 18*

Tum

14 Tum 4. quia licet vel maximè in libello etiam quædam verba poſita ſint, quæ proprietatem & petitorium duntaxat concernere videntur, ea tamen pro coloranda poſſeſſione tantum adjecta eſſe cenſentur. Cum enim in poſſeſſorio magis obtineat ille, qui unà cum poſſeſſione probat titulum, & multo magis qui dominium probat, quapropter de dominio actor in libello & articulis rectè ponere potuit; nec tamen inde â ſolo & nudo poſſeſſorio abſtinuiſſe præſumitur, ſed potius ideo, ut eò tutius in poſſeſſorio obtinere poſſit. *Pract. Papienſ. in form. libelli. in turbatâ poſſeſſ. gl. ad ceſſandum. n. 2. Schneid. in §. recuperandæ. inſt. de interdict. rubr. de interdict. uti poſſid. n. 87.*

15 Tum 5. quia licet vel maximè petitorium & poſſeſſorium ſimul eſſent intentata, & ſuper utroq; in prima inſtantia diſceptatum, tamen in appellationis inſtantia actori variare, petitorium omittere, & omiſſo & ſuſpenſo petitorio ſolum poſſeſſorium proſequi licet. *Abb. in c. Paſtoralis. extr. de cauſa poſſeſſ. & propriet. col. 11. n. n. 33. ibi, ad quartum an in cauſa appellationis. & ſeq. Hartm. Piſtor. quæſt. 45. incip. quando actum. n. 18. ibi, accedit hiſce. & n. ſeq. lib. 1. Ludov. Roman. conſil. 181. incip. quæſtio eſt nunquid. n. 1. verſ. primo qui autem caſum eſſe dico. & ſeq. Iaſon. in l. naturaliter. 12. §. nihil commune.) ff. de acquir. poſſeſſ. n. 120. & n. ſeq.*

16 His ita præmiſsis videndum eſt, utra pars in caſu præſenti melius ſit fundata & obtinere debeat.

17 Pro intentione Ephippiariorum militabant; Primo, quod in 1. & 11. articulo omnium teſtium depoſitionibus deduxerant, ſibi cum Frenariis in omnibus

locis

locis Romani Imperij parca & uniformia jura eſſe ejuſmodi operas conficiendi. Hetten in allen Stedten des Reichs neben den Riemern einerley Handwercksgewonheit vnd machten das Riemwerck ſo vollkömlich/ als die Riemer. Secundo in 2. reprobatorio etiam deduxerunt, quod opificium Ephippiariorum cum Schwartz vnd Weiß Riemwerck/ ſemper pro uno & eodem fuerit habitum, Were das Sattler Handwerck neben den Schwartz vnd Weiß Riemwerck je vnd alle wege vor Alters/ weit vber Menſchengedencken vor ein Handtwerck gehalten worden.

Tertio ex 6. 10. 13. & 16. teſtium depoſitionibus ad 4. reprobatorium apparebat, Frenarios ab Ephip-
18 piarijs originem duxiſſe; Conſequens igitur eſt, quod Ephippiarijs idem & par jus cum Frenarijs competat, quoniam quod juris dicitur de cauſato & generato, debet etiam dici de cauſante & generante. *Paul. de Caſtr. conſil. 421. incip. quod renunciatio. n. 2. verſ. & puto ſine dubio quod hoc caſu. & verſ. ſeq. lib. 2.*

Quarto fundabant ſe in præjudicio Vinarienſi; ubi inter Ephippiarios & Frenarios ſimilis controverſia incidit, & pro Ephippiarijs fuerit judicatum.

Quinto ex omnium teſtium unanimi confeſſione in 7. & 8. reprobat: conſtabat, ſibi ſolis equum militarem inſtruere & ad aciem parare licere; Weren allein den Reiſigen Gaul ins Feldt außzurüſten befugt/ vnd bißhero alſo gehalten worden.

Sexto multas literas teſtimoniales adducebant, quibus probabatur, ita in Imperatoris, & multorum Electorum, & Principum aulis, item in Helvetia, &

multis Imperialibus & alijs civitatibus ſervari, ut Ephippiarijs eaſdem operas cum Frenarijs conficere permiſſum ſit.

Septimo confirmationem peculiarem Proelectoris Saxoniæ Friderici VVilhelmi ſuper operis controverſis producebant; Weren von der Chur S. adminiſtratore, mit einer ſonderbahren Innung ſub dato *6. Auguſti Anno 1593.* verſehen / vnd jhnen das Riemwerck / vnnd ander Arbeit / die die Riemer zu ſich alleine ziehen wollen / confirmiret.

Octavo in 16. reprobat. articulabant, & omnium teſtium depoſitionibus probabant, Were das WeißGarLeder zuzurichten / vnd zuverarbeiten ein pertinentz, vnd weſentlich ſtück des Sattlers Handwercks / vnd kondte kein Sattel ohne das WeißGarLeder gemacht werden.

Nono 9. & 10. teſtis in 77. reprobat. Item 6. teſtis in 6. interrog. ad 2. reprob. & 12. teſtis in 5. interrog. ad 2. repro. dicebant ante 20. 30. 40. & plures annos ab Ephippiariis tales operas Dreſdæ fuiſſe confectas.

Decimo nonnullos etiam actus poſſeſſorios allegabant. Da vor 18. Jahren / in die 500. lange Büchſen Halffteren gemacht; Item / 24. teſtis fatebatur, hette ſelber vor 11. Jahren 2. KutſchenGeſchirr von einem Sattler zu Dreßden erkaufft / Deßgleichen hetten vber 6. 11. 14. vnd 18. Jahren die Sattler Kutſchen vberzogen, beſchlagen / vnd in Riemen gehangen. His tamen & ſimilibus non obſtantibus, in partes Frenariorum inclinabam, propterea quod omnes omnino teſtes ad 1. articul.

1. articul. deponebant, opificium Frenariorum ſemper peculiare & ſeparatum collegium fuiſſe, quod cum opificio Ephippiariorum nihil commune habuit, nec quicquam de eo participavit.

Deinde ſpeciale privilegium, & conceſſionem Electoralem einen Innungs Brieff / ſub dato *5. July Anno 1553.* producebant, in quo collegio Frenariorum peculiare jus operas ejusmodi, de quibus controvertebatur, conficiendi concedebatur & confirmabatur.

19 Ejuſmodi autem conceſſiones & confirmationes Principum, reſpectu aliorum privativè conceſſas & alijs inhibitum eſſe tradit. *Paul. de Caſtr. in l. cum Prætor. 12. ff. de judic. n. 4. in princ. verſ. ut id quod conceditur. & ſeq.*

20 Ita ut illi, qui ex privilegio certam cerdonariam vel aliam artem mechanicam exercendi jus habent, alios prohibere poſſint. *Bl. conſil. 463. incip. quatuor ſunt. n. 5. poſt med. verſ ſed ſi tu haberes. vol. 4. Iaſon in l. quo minus. ff. de fluminib. num. 85. verſ. niſi haberes ex privilegio. & ſeq.*

Propterea quod alias ejuſmodi privilegia, ſi reſpectu aliorum opificum non privativè conceſſa intelligerentur, nec illis, quibus conceſſa ſunt, quicquam conferrent, quod tamen abſurdum eſt, cum privilegia ita debeamus interpretari, ut ſemper aliquid operentur,

Pariſ. conſil. 70 n. 4. & ſeq. vol. 1. Iaſon in l. ... reaut n. 3. & in l. ſi quis poſthumum. 9. ſi ſilium. ... poſthum. n. 41.

Tertio ex 3. 4. 5. 6. 7. 11. & 13. teſtis depoſitione ad 4. probatorium apparebat, quod Frenarij libellatas ſpecies operarum ſemper fecerint, & in 6. 9. & 11. articulo probaverant, quod eaſdem ante 10. 15. 20. 30. 40. & & plures annos, imo ultra hominum memoriam confecerint; Quod nec ipſi Ephippiarij negare audebant, niſi quod prætendebant prædictas ſpecies, privative reſpectu Ephippiariorum Frenarios ſolos, ſolùm, tantùm, & duntaxat non feciſſe, quo minus etiam Ephippiarij eaſdem confecerint, Weren ſolche die Riemer einig vnd alleine nicht befugt/ alſo das ſich derſelben die Sattler nicht auch gebrauchen vnd verfertigen köndten.

Sed ad tollendam hanc inſtantiam, extabant depoſitiones 4. teſtis ad 4. & 11. articul. 5. teſtis ad 4. articul. 6. teſtis ad 5. & 8. articulum; Item 8. teſtis ad 5. articulum. 11. teſtis ad 13. articulum, Item, 13. teſtis in 5. Interrogat. ad 9. articul. qui diſerte fatebantur, quod ſoli Frenarij prædictas ſpecies tantum ſolummodo, & duntaxat fecerint, Es hetten die Riemer die articulirte Arbeit einig vnd allein verfertiget. Item/ hetten es nur die Riemer die Sattler aber nicht gemacht/ noch machen dürffen.

21 Quarum dictionum taxativarum ſanè ea eſt natura, ut ſint, privativæ, excluſivæ, & prohibitivæ omnium aliorum, qui in aliqua diſpoſitione & conceſſione non continentur, & exprimuntur, eleganter *Pl. conſil. 334. incip. in quæſtione quæ vertitur. n. 2. in princ. verſ. proba-tur*

[illegible] & ſeq. vol. [illegible] Dec. conſil. 328. incip. in caſu [illegible] [illegible] in contraverſia. n. 2. Petr. Paul. Pariſ. conſil. [illegible] n. 48. lib. 2. Menoch. lib. 4. præſumpt. [illegible] n. [illegible] Paul. de Caſtr. in l. jam hoc jure. 4. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. n. 2. ſub fin. verſ. idem ſi appoſuiſſet. Carol. Ruin. conſil. [illegible] incip. de pluribus. n. 3. lib. 2. & conſil. 86. n. 12. verſ. nec prædictis obſtat. lib. 5. & conſil. 51. incip. caſus iſte. n. 3. lib. 3.

In tantum, ut his, qui aliquid ſolum & duntaxat exercuerunt, integrum jus attribuant, & omnes alios excludant, & illis ſimile jus & exercitium denegent. *Oldrad. conſil. 254. incip. quia tota pars. n. 11. verſ. & hic eſt caſus. & n. ſeq. Paul. de Caſtr. conſil. 115. incip. in cauſa quæ. n. 1. verſ. quia non probaverunt. & ſeq. lib. 2.*

Quarto accedebat, quod 4. teſtis ad 4. articulum diſertis verbis deponebat, quod Frenarij ſemper peculiare opificium habuerint, & Ephippiarij illorum operas conficere non auſi fuerint, Hetten die Riemer je vnd allewege jhr abſonderlich Handwerck gehabt/vnnd hetten die
22 Sattler der Riemer Arbeit nicht verfertigen dürffen. Qui teſtis, ſi vel unicus eſſet, in ejuſmodi tamen judicio poſſeſſorio plenè probaret. *Br. in l. 2. §. ſin vero poſt. C. ubi in rem actio. n. 1. ſub fin. verſ. & tunc debet conſtare. Iaſon in repet. l. admonendi. 31. ff. de jurejur. n. 187. verſ. eod. mod. in judicijs poſſeſſorijs. & n. ſeq.*

Sed quoniam ei aſtipulabatur 13. teſtis in 5. interrog. ad 9. articul. qui pariter expreſse dicit, quod Ephippiarij Frenariorum operas facere non audeant, ejus aſſertio eo magis locum obtinebit, *l. ubi numerus. 12. ff. de teſtibus.*

Sexto accedebat, quod 1. 2. 3. 4. 5. 6. 9. 10. 13. & 14. teſtes, ad 9. 10. 11. 12. & 14. articulos, in quibus ponebatur, Daß das Weiß-Gar-Leder und andere Arbeit vor 5. 10. 20. 30. 40. und undencklichen Jahren die Riemer und nicht die Sattler gemacht/ pure & ſimpliciter affirmant.

23 Teſtis autem articulum, ſuper quo interrogatur & examinatur, ſimpliciter verum dicens, omnia contenta in eo affirmare & probare cenſetur. *Bl. conſil. 10. incip. in quæſtione quæ vertitur. n. 6. ibi, tertius teſtis. & ſeq. lib. 5. Tuſch. tom. 8. verb. teſtis. concl. 190. n. 1. & ſeq. Ludov. Roman. conſil. 301. incip. in propoſita. n. 14. ibi. ex notiſſima regula quæ habet. & ſeq.*

Septimo 11. teſtis in 4. articul. deponebat, quod Frenarij peculiares & ſibi quodammodo appropriatas & jurequæſitas operas habeant, quas Ephippiarij facere non ſoleant, Hetten jhre ſonderliche/ und jhnen gleichſamb alleine zugeeignete Arbeit/ die die Sattler nicht machten/ cui conſentiebat 4. teſtis in 3. Interrog. ad 7. articul. diſertis verbis dicens, quod omnibus diebus vitæ ſuæ non audierit, quod Ephippiarij articulatas ſpecies facerent.

Octavo ex 1. 2. 3. 4. 5. 6. 9. 10. 12. 13. & 14. teſtis depoſitione ad 8. articulum conſtat, quod illæ operæ, propterea quod ſolis Frenarijs competant, & ab ijs conficiantur, peculiare nomen acceperint, & dicantur Riemer Arbeit/ Ex ejuſmodi autem nominatione & appellatione probari quaſi poſſeſſionem tradit.

ult. Alber. conſil. 64. num. 1. Socin. Sen. conſil. 187. col. 3. in princ. & col. 6. verſ. pro certo abſurdum. lib. 3. Menoch. de retin. poſſeſſ. remed. 3. n. 187.

24 Quoniam ab effectibus rerum naſcuntur nomina rerum. *Bl. in l. manumiſsiones. 4. ff. de I. & I. n. 3.*

25 Imò non ſolum poſſeſſio, ſed etiam ipſum dominium ex ejusmodi nominatione præſumitur, quoniam res illius eſſe dicitur, cujus nomen obtinet, & à quo denominatur & appellatur. *Bl. in l. Gallus. 29. § nunc de lege. ff. de liber. & poſthum. n. 2. ibi, ſecundo colligit. & conſi. 205. n. 2. verſ. ſed etiam ex ipſo. vol. 2. Capoll. conſil. 3. col. ult. Menoch. lib. 3. præſumpt. 64. incip. quemadmodum. n. 2. & ſeq. Aym. Cravett. conſil. 400. incip. diu acta lis eſt, n. 33. Surd. conſil. 429. incip. cauſa illuſtriſsimi. n. 66. ſub fin. n. 67. & ſeq. Oldrad. conſil. 75. incip. quis poſsit. n. 2. verſ. valeat enim argumentum. & ſeq.*

Nono ex 4. teſtis ad 4. & 11. articul. Item, 6. & 8. teſtis ad 5. articul & 5. teſtis depoſitione ad 6. 11. & 13. articulum deducebatur, quod Frenarij ſemper in quietâ poſſeſſione vel quaſi fuerint, & libellatas res, & ſpecies ſeparatim & privativè reſpectu Ephippiariorum fecerint, niſi quod Ephippiarij nuper & tempore abhinc brevi eadem etiam conficere tentaverint. Hetten die Riemer ſolche Arbeit jederzeit vor ſich abſonderlich gemacht / hetten zuvor niemals ſie ſein lebtage niche erfahren / daß die Sattler ſolche auch machten / als was ſie ſich je[illegible]der vnnd in newlicher weile vnterfangen / zuvor were es nicht geſchehen.

Con-

Concordabant 3. & 9. teſtes ad 15. articul. qui teſtantur, quod Frenarij ſoli prædictas res fecerint, & de turbatione & attentato Ephippiariorum ſibi nihil conſtet, Hetten die Riemer ſolche Arbeit alleine gemacht / vnnd hetten jhn die Sattler keinen Einhalt gethan.

Decimo ex ipſorum Ephippiariorum 9. teſtis depoſitione in 8. interrog. ad 24. reprobat: Item, 12. & 13. teſtis depoſitione in 11. interrog. ad 26. reprobat. conſtabat, quod Frenarij toties, quoties ejusmodi operas ab Ephippiarijs fieri conperti ſunt, ſeſe oppoſuerint, & Ephippiarios pignoraverint. Hetten ſich die Riemer darwieder geſetzt / vnd Paul Böttgern Zeugen ſelber zwey
26 Kreutzgurte auſm Laden genommen. Quod autem per ejusmodi pignorationem & capturam pignorum nedum poſſeſſio vel quaſi, ſed etiam proprietas ſufficienter probetur, tradit *Bl. in c. 1. §. ſacramentum. col. ult. tit. de conſuetud. recti feudi. Paul. de Caſtr. conſil. 104. incip. in cauſ. Stortis. n. 2. ibi, unum tamen incidenter. & ſeq. vol. 2. Iaſon conſil. 81 incip. videretur. prima animadverſione. n. 4. vol. 3.*

27 Quibus non obſtat prima & ſecunda ratio in contrarium adducta; Quia illæ loquuntur tantum de cæteris & aliis locis Imperij. Ad hanc igitur regionem & caſum præſentem extendi non poſſunt. *Alber. de Roſat. in l. cunctos populos. 16. C. de Summ. Trinitat. n. 26. Ludov. Rom. conſil. 29. incip. indubitatiſſimam Iuſtitiam. n. 5. Matth. Coler. de Proceſſ. Execut. part. 1. c. 3. n. 187.*

Præſertim cum ubiq; locorum univerſalis conſuetudo non extet, ut ars Ephippiariorum & Frenariorum

riorum paria & uniformia jura habeant, & eorum opificia pro uno & eodem reputetur, ut 1. & 5. teſtis ad 2. & 6. teſtis ad 11. reprobatorium diſertè deponebat.

Et in ſpecie, quod in hac regione & in civitate Dreſdenſi, ubi hæc controverſia movebatur, ejuſmodi conſuetudo non obſervetur, & hiſce opificibus paria & uniformia jura indifferenter non competant, fatebatur ipſorum Ephippiariorum 5, 6, & 9, teſtis ad 27. reprobat.

Item, 9. 10. & 12. teſtis in 8. & 9. interrog. ad 1. reprobat. Item, 6. & 16. teſtis in 13. interrog. ad 1 reprobat. Nihil etiam urget tertia ratio; Quia non ſequitur, in principio unum opificium ex alio originem traxit; Ergo ſemper & ubiq; unum idemq; remanſerunt, quoniam ab initio omnia erant confuſa & pro uno habebantur, quæ tamen hodie admodum accuratè ſunt diſtincta. *l. ex hoc jure. ubi Iaſon, Alber. de Roſat. Bl. Caſt. & DD. comm. ff. de I. & I.*

29 Minus movet quarta ratio; Quia loquitur de re inter alios acta, quæ tertijs obeſſe & præjudicare non poteſt. *l. 1. C. res inter alios acta. Fulgoſ. conſil. 209. incip. duobus fratribus. n. 2. ibi, eſt enim regulariter. Cuman. conſil 25. incip. viſo compromiſſo. n. 2. in med. verſ. primo per regulam generalem. Roman. conſil. 343. incip. ex propoſito. n. 17. ibi, quinta ubi eſt expreſſum. & ſeq.*

Quinta ratio loquitur de caſu ſinguli, qui non debet trahi in conſequentiam. *l. quod vero. 14. l. 15. l. 16. l. 39. ff. de legib. l. ſingularia. 15. ff. de reb. Credit.*

30 Maximè cum ex unico actu ſingulari poſſeſſio univerſalis non colligitur. *Paul. de Caſtr. conſ.* [illegible] *cauſa n. 1. ante med. verſ. nec ſufficere videtur. vol. 2.*

Sexta etiam non obſtat; Præterquam enim quod Frenarij decem alias literas teſtimoniales pro ſe produxerant; illæ literæ etiam loquuntur tantum de cæteris regionibus & civitatibus, quæ ad caſum noſtrum, & hanc regionem non poſſunt referri. *per jura ſupra adducta.*

Septima ratio de confirmatione Proelectoris deſumpta, etiam nihil urget; Quia contra illam confirmationem *de dato 6. Auguſti Anno 1593.* Frenarij aliam confirmationem antiquiorem, *ſub dato 5. Iulij Anno 1553.* producebant; in qua illis controverſæ ſpecies nominatim & ſpecialiter attribuebantur, & confirmabantur.

31 Sed ita eſt, ſi princeps duobus vel pluribus communitatibus & ſocietatibus aliquod privilegium diverſis temporibus concedit, quod tunc illi præferuntur, qui prius impetraverunt, & reliqua privilegia pro ſub & obreptitijs habeantur. *Alex. conſil. 122. incip. viſo puncto & accuratè. n. 1 & ſeq. n. 5. verſ. ſed his non refringantibus. & ſeqq. per. tot. vol. 4. Andr. Barbat. (inter conſilia Alexandri) conſil. 123. incip. ſcripſit Eccleſiaſticus. n. 1. & ſeqq. n. 28. verſ. cum erga Papa. n. 29. & per tot. vol. 4.*

Quod hoc in caſu vel ideo magis procedit, quoniam in poſteriori privilegio Ephippiariorum prioris nulla fuit facta minatio.

Enva-

32 Privilegium autem prius in facto conſiſtens, ſive ſit ſpeciale, ſive generale, non tollitur per poſterius, niſi in ſpecie faciat mentionem de primo. *c. 1. extr. de reſcript. Feder. de Senis conſil. 233. in princ. n. 2. verſ. & primo quod non ſit. & ſeq. Alex. conſil. 123. num. 16. vol. 4. Laur. Kirchof. (inter conſil var. juriſconſult.) conſil. 8. n. 4. in med. verſ. præterea. vol. 4. Tuſch. tom. 6. verb. privilegium. concl. 752. incip. privilegium. n. 1. & ſeqq. Pariſ. conſil. 50. incip. Dominus. n. 37. & ſeq. vol. 4.*

Ex octava ratione nihil firmi eſt extruendum; partim, quod eam 6. & 10. teſtis ad 16. reprobator. negent, partim quod non ſequatur, hæc vel illa materia neceſſario ad hoc opificium pertinet, & ſine illa opificium exerceri non poteſt; Ergo materiam illam magiſtri iſtius opificij facere poſſunt, Quoniam nec ſutor calceum absque corio conficere, nec ſartor veſtem absque panno facere poteſt, & tamen nemo ſanæ mentis dixerit, Sutores & ſartores coria & pannos facere, & coriarijs & fullonibus in ſuis opificijs præjudicare poſſe:

Nona ratio parum etiam urget; Quoniam 6. 10. & 12. teſtes de proprio facto in præjudicium tertij, nempe Frenariorum deponebat: Hette die Arbeit ſelber gemacht / lieſſen keine Weiſſgar Leder bey den Riemern machen / ſondern machten es ſelber.

33 Quo caſu licet alias teſtes de facto proprio deponentes plene probent, ſi non agatur de alterius præjudicio, ſi tamen de facto proprio in præjudicium tertij deponunt, tunc omnino nihil probant. *Fr. in C. ſi de arbitris. C. de recept. arbitr. n. 6. verſ. tu dic clarius. Paul. de Caſtr. conſil. 338. n. 3. in fin. lib. 1. Dec. conſil 6 0. incip. in caſu, n. 19. & ſeq. Marſil. conſil. 101. incip. illumina. n. 4. Pacian de probat. lib. 1. c. 48. n. 17.*

Deinde, quia illi teſtes generaliter & indeterminate deponunt, nec exprimunt ſpecies, nec Ephippiariorum nomina, quinam illi fuerunt, qui libellatas ſpecies fecerint.

34 Teſtem autem generaliter, & indeterminate deponentem, non probare, ſed ejus dictum contra eum eſſe interpretandum, ut non valeat, tradit *Alex. conſil. 100 incip. ſuper primo. col. 4. n. 4. verſ. Sextus teſtis. lib. 1. & conſil. 195. incip. reddito. n. ult. lib. 7.*

Et ſi vel maxime conſtaret, Ephippiarios Dreſdæ & in alijs locis harum terrarum prædictas operas feciſſe, tamen ex teſtium depoſitionibus non apparebat, quod eas manifeſtò, apertò & palam fecerint, & vendiderint, ſed potius ex 9. teſtis depoſitione ad *18. reprobat. & in 3.* interrog. ibid. & in 6. & 7. interrog. ad 7. reprobat. & in 6. interrog. ad 24. reprobat. manifeſto contrarium conſtabat, quod ſcilicet Ephippiarij has res non palàm, ſed clandeſtinè & occultè fecerint, & vendiderint; Cujus aſſertioni meritò plena fides adhiberi debet, quoniam unicus teſtis contra ipſum producentem

[illegible] plene probat *Rimuald. lun. conſil. 60. in princ. & conſil. [illegible] Socin. Iun. conſil. 65. n. 11. lib. [illegible] Cephal. Conſil. 6[illegible] n. [illegible]*

Et poſito, quod prædicti teſtes eſſent habiles, determinate, & concludenter deponerent. Ex 3. & 6. fundamento tamen noſtræ aſſertionis conſtat, quod
35 contra illos longè plures pugnent teſtes, unde meritò ſuccedit illa theorica, ſi uterq; poſſeſſionem vel dominium probavit, quod tunc obtinere debeat is, qui plures teſtes pro ſe habet. *Bero. in c. licet cauſam. extr. de probat. n. 56. verſ. quarta concluſio. Menoch. de retinend. poſſeſſ. remed 3. n. 718. & ſeq. iunct. n. 722. verſ. & etiam efficacior & ſeq.*

Deniq; nihil negocij faceſſit decima ratio de certis quibuſdam actibus poſſeſſorijs mentionem faciens; Quia illi omnes ſunt juniores; In poſſeſſorio autem is obtinere debet, qui antiquiorem poſſeſſionem probavit *Andr Gail. de pignor. c. 22. n. 8. Socin. Sen. conſil. 95. n. 13. vol. 4. Natta conſil. 572. n. 1. vol. 3. Bl. in L ordinarij C. de R. V. n. 10. & conſil. 468. n. 8. verſ. ille vincit in cauſa. vol. 3. Lanſ. de Orian. in rubr. extr. de cauſ. poſſeſ. & propriet. §. nunc eſt tranſeundum. n. 26. verſ. quarta concluſio. Alex. conſil. 110. incip. viſis acutiſſimis. n. 1. lib. 1. & conſil. 71. incip. in cauſa & lite. n. 9. & conſil. 103 incip. Redemptoris noſtri. n. 1. & ſeq. vol. 7. Raphael. Fulgoſ. conſil. 194. incip. proponitur quod dominus n. 3. verſ ſolet tradi. & ſeq. Pariſ. conſil. 126. n. [illegible] conſiderando. & n. 3 lib. 4. Bero in c. licet cauſam. extr. de probat. n. [illegible] Felin. eod. n. 9. ibi, & ad iſtam. Br. in l. [illegible] n. [illegible] Menoch. d. remed. 3. n. 725. Covarr. [illegible] verſ. duodecimo merito. Ernſ. Cothm. [illegible] reſponſ. [illegible] mus. n. 209. & ſeq. vol. 3*

In tantum, ut etiamſi reus de juniore poſſeſſione probans habeat titulum, tamen ei actor antiquiorem ſine titulo habens, præferatur *Alex. conſil. 10. incip. viſa facili narratione. n. 8. ibi, fateor quod ubi. vol. 3. & conſil. 58. incip. quoniam omnem datum, n. 12. ibi, ſed præmiſſis. vol. 5.*

Deinde, quia ejusmodi actus ſunt clandeſtini, uti paulo ante ex 9. teſtis depoſitione ad 18. reprob. & in 3. interrog. ibid. & in 6. & 7. interrog. ad 7. re-

38 prob. eſt oſtenſum. Qui ad obtinendum in poſſeſſorio non ſufficiunt. *Lanfr. de Orian. in rubr. extr. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. §. nunc eſt transeundum. n. 28. Menoch. de retinend. poſſeſſ. remed. 3. n. 726.*

Denique hi actus ſunt illi ipſi, ſuper quibus Ephippiariorum turbato eſt deprehenſa & manifeſtata, & qui cauſam huic liti dederunt.

39 Notum autem eſt, quod illi actus poſſeſſorij, qui clam facti ſunt, & cauſam liti dederunt, neminem juvent, nec in poſſeſſorio defendant. *Proſper. Farinac. deciſ. 165. incip. domini pro majori. n. 6. poſt princ. cent. 2. & deciſ. 692. incip. vacante ſimplici, n. 1. Cent. 7.*

40 Atque his & ſimilibus ita deductis, & etiam ipſis actis & actitatis transmiſſis, hoc meum conſilium à tribus facultatibus juridicis eſt approbatum & confirmatum, puta à Lipſenſi, dum *Menſe Iulio Anno 1617.* reſpondit:

41 Als jhr vns in Rechthengigen Sachen euch Klegern an einem / Vnd das Handtwerck der Sattler zu Dreßden/Beklagte/ andern

anders theils / erhabene Klage / gethane Antwort / Extract aus dem hierauff verführten Beweiß / vnd Gegenbeweiß / vnd erfolgtem EndVrthel / ſampt einem Rechtlichen Bedencken / vnnd einer Fragen zugeſchickt / vnd euch des Rechten darvber zubelehren gebeten habt.

Demnach erachten Wir darauff im Rechten gegründet vnd zu erkennen ſeyn / daß jhr euch das jenige / ſo euch zu beweiſen obgeleget / vnd jhr euch angemaſſet / zur Notturfft erwieſen / vnnd dahero bey der poſſeſs vel quaſi der geklagten Arbeit billich zu laſſen V. R. W.

42 Item à Ienenſi *Menſe Auguſto Anno 1617.* pronunciante, Auff Klage / Antwort / erfolgtes interlocut, extract aus dem hierauff verführten Beweiß vnd Gegenbeweiß / vnd im Churfürſtlichen Sächſ. Schöppenſtuel zu Leipzig hierauff verfaſtes Vrthel / ſo jhr vns neben einem Rechtlichen Bedencken / vnd erlangtem informat Vrthel in Rechthengigen Sachen / euch Klegern an einem / Des Handwercks der Sattler zu Dreßden / Beklagte / anders Theils / betreffende / zugeſchickt / vnd darvber vnſer Rechtsbelernung gebeten.

Sprechen wir nach fleiſſiger Verleſung vnnd Erwegung ſolcher Acten vor Recht / daß jhr das jenige / weſſen jhr euch angemaſſet / vnd in poſſeſſorio beybringen ſollen / zur gnüge erwieſen vnd dargethan / V. R. W.

43 Item à VVittenbergenſi *Menſe Septembr. Anno 1617.* reſpondente:

Als jhr vns erhobene Klage / erfolgte Antwort / Extract aus dem verführten Beweiß vnnd GegenBeweiß / darauff ertheiltes EndVrthel / neben einem Rechtlichen Bedencken / vnnd angeheffter Frage / in Sachen euch Kleger an einem / das Handtwerck der Sattler zu Dreßden / Beklagte / anders theils / zugeſchickt / ...

zu [illegible] / vnnd auch des Rechten darüber zu berichten [illegible] worden.

Demnach erachten / sprechen vnd bekennen wir Decanus Senior vnd andere D.D. der Juriſten Facultet in der Vniverſitet Wittenberg / ſolchen Acten gemeß / vnnd zu Rechten [illegible] / daß jhr das jenige / ſo euch zu beweiſen aufferlegt / [illegible] gemaſſet / zur Notturfft dar gethan vnd beweiſen. [illegible] bey der poſſeſs, der geklagten Arbeit / nicht vnbillich gelaſſen werden. V. R. W.

44 Et quamvis hæc omnia admodè latè & ſpecimè in Iuſtificatione appellationis deducebantur, conſilium producebatur, & prædicta reſponſa trium Facultatum Iuridicarum annectebantur, ea tamen non ſunt attenta, ſed ſimpliciter *3. Decemb. Anno 1618.* pronunciatum, Das in erſter Inſtantz wol geſprochen / vnnd vbel appellirer, Derowegen dieſe Sache an die vorige Richter zu weiſen / V. R. W.

45 Ideoq; Leuteratione interpoſitâ res alio modo fuit tentata, & requiſita ſubſtantialia interdicti uti poſſidetis, quæ ſunt, primum, ut ex ſua parte actores probent, ſe tempore turbationis vel litis conteſtatæ poſſediſſe. *Br. in l. [illegible] §. ult. ff uti poſſid. n. 18. & in l. un. §. 1. C. eod. n. 3. Ripa in l. [illegible] naturaliter. §. nihil commune. 1. ff. de acquir. poſſeſſione. n. [illegible] [illegible] Emunald. conſil. 219. n. 5. lib. 2. Ioann. Fab. in §. retinendæ Inſtit. de interdict. n. 19. Alex. conſil. 92. n. 4. vers. non in poſſeſſorio. libr. 1. & conſil. 136. num. 7. verſ. ſed ad hoc. libr. 2 Rebuff. ad reg. [illegible] Gall. tom. 3. tit. de mater. poſſeſ. artic. 2. gloſ. [illegible] num. 24.*

Secundum,

46 Secundum, ſi Reus conventus dicat, & probet, ſe etiam poſſediſſe, ut actores probent, rei poſſeſſionem eſſe vel clandeſtinam. *Br. in l. 1. §. ult. ff. uti poſsidet. n. 8. Menoch. de retinend. poſſeſſ. remed. 3. n. 557. verſ. & hoc in caſu. Barbat. conſil. 25. col. 1. lib. 4. Iaſon in conſil. 6. incip. ſpectatiſſime domine. n. 6. vol. 1.*

47 Vel Iuniorem. *Br. in l. ſi duo. in princ. n. 4. ſi vero teſtes ff. uti poſsid. Felin. in c. licet cauſam. extr. de probat. n. 8. Dec. ibid. n. 9. Afflict. deciſ. 363. n. 3. Covarr. pract. quæſt. c. 17. n. ult. Gail. de pignor. c. 22. n. 8. Bl. in l. ordinarii. C. de R. V. num. 10. Nicol. Boer. quæſt. 239. n. 6. Socin. Sen. conſil. 54. n. 17. lib. 4. Carol. Ruin. conſil. 53. n. 8. lib. 4.*

48 Tertium, ut actores probent turbationem ex parte rei conventi. *l. 1. §. eſt igitur. ff. uti poſsid. Corn. conſil. 113. num. 7. & n. 8. vol. 1. Alex. conſil. 136. n. 7. verſ. item ad victoriam. vol. 2. & conſil. 88. n. 3. verſ. ſecundo quia. lib. 5. Andr. Sicul. conſil. 35. n. 1. & n. ſeq. vol. 4. Ioan. Faber. in §. retinendæ. inſt. de interdict. n. 22. Menoch. d. remed. 3. n. 559.* fuerunt in medium producta, & ex
49 ipſis actis & teſtium depoſitionibus juſtificata. Sed nec hæc quicquam profecerunt, ſed *4. Iulii Anno 1620.* ſimpliciter fuit judicatum, Daß es/eingewandter Leuterung vngeachtet/bey vnſerm vorigen am 3. Decembr. Anno 1618. eröffnetem Vrtheil nachmals billich verbleibe/

V. R. W.

Deciſio XXVII.

Notarius, ſi poſtea Doctor Iuris efficitur, an nihilominus inſtrumenta facere poſſit, & ea valeant?

SVMMARIA

1. *Doctoratus eſt dignitas.*
2. *Notariatus an etiam ſit dignitas. n. 7. 8. 9.*
3. *Decurio, itemq; advocatus an Notarius eſſe poſſit. n. 4.*
5. *Nobilis nobilitatem, & Decurio decurſo natum propter aſſumptum Notariatus officium amittit.*
6. *Notariatus eſt ars, & ſcientia legalis.*
10. *Lipſenſium reſponſum affertur.*

1 VIdetur, dicendum quod non, propterea quod Doctoratus ſit dignitas. *Alex. Conſil. 15. incip. viſo proceſſu. n. 11. verſ. quia cum Doctoratus. & Conſil. 94. incip. conſideratis ijs. n. 2. ibi, ſed ita eſt, vol. 1. Bl. in l. 1. ff. de I. & I. n. 18. verſ. & vocatur. Iaſon in l. cum quis in conſcribendo. 29. C. de pact. n. 4. verſ. cum doctoratus.*

2 Econtra Notariatus non eſt dignitas, ſed vile officium. *Br. in l. vniverſos 13. C. de decurian. Nicol. Boer. deciſ. 22. incip. & videtur quod non. n. 8. Oldrad. Conſil. 75. incip. quis poſſit. n. 2. ibi, Notariatus autem. & ſeq.*

3 Vnde fit, quod nec decurio. *Gl. in l. univerſos. C. de decurionib. in princ. poſ. & ſic non debet. Angel. Peruſin. Conſil. 284. incip. præmitto ad evidentiam. n. 1. verſ. hinc deſcendit.*

4 Nec Advocatus Notarius eſſe poſſit. *Calder. Conſil. 175. verſ. ſed ijs non obſtantibus. Angel. Peruſin. d. Conſil. 264. num. 1. verſ. hinc etiam deſcendit. Br. in l. vniverſos. C. de decurian.*

Imo

5 Imo Nobilem & decurionem dignitatem nobilitatis & decurionatus propter aſſumptum officium notariatus amittere, tradit *Br. in l. ſi quis decurio. C. de falſ. Guid. Papa deciſ. 90. incip. ſimiliter. n. 2. verſ. vnde decurio. Angel. Peruſin. d. Conſil. 284. n. 1. verſ. quod ſi non faciunt. & ſeq.*

6 Sed cum Notariatus ſit ars, ſicut magiſterium ſcientiæ legalis, *Angel. Peruſin. Conſil. 33. incip. ſupra dicta prima. n. 5. verſ. contrarium eſt verum. & ſeq.*

7 Et dicatur officium digniſſimum, quod non niſi probis viris confertur, *Didac. Covarr. pract. quæſt. c. 19. incip. his qui iudicialibus. n. 5.*

8 Nec Notariatus officium ita ſimpliciter ſit vile, ſed tantum collatione factâ in dignitatem decurionatus vel nobilitatis. *Covarr. pract. quæſt. d. c. 19. n. 5. poſt princ. verſ. à quibus ipſe planè diſſentio. & verſ. non ex eo ſequitur tabelliones viles eſſe. & ſeq. Tuſch. tom. 5. verb. Notarius. concl. 69. n. 15.*

9 Et tranſiens in ſpeciale nomen maioris officij, fiat dignitas. *l. 1. C. de primicer. Nicol. Boer. deciſ. 222. n. 8. verſ. tamen ſi tranſeat. & ſeq.*

Doctoresq; Iuris inſtrumenta publica conficere poſſint, etiamſi Notarij publici non ſint, vt *in meis Concluſionibus pract. part. 1. concl. 31. n. 28.* dixi. Ideoq; rectè contrarium in terminis terminantibus tradit *Bl. in l. falſa. 33. §. ſed ſi cui. 1. ff. de condition. & demonſtrat. n. un. ſub fin. verſ. eodem modo tabellio. Paul. de Caſtr. ibid. num. 3. ibi, & Notarius factus Doctor. & ſeq. Alex. Conſil. 32. incip. viſâ conceſſione. n. 6. verſ. unde dicit. ibi. lib. 3.*

10 Veluti etiam ita Lipſenſes *Menſe Octobr. Anno 1608. re*ſponderunt : Hat ſich ein Notarius Publicus bey euch mit Namen G. M. in Doctorem Iuris creiren laſſen / So hat er ſich dadurch ſeines NotariatAmpts nicht verluſtig gemacht / Sondern iſt ſich deſſelben zu gebrauchen / vnd Inſtrumenta zu verfertigen / wol befuget / V. R. W.

Deciſio XXVIII.

Teſtamentum tanquam inofficioſum, vel aliter minus perfectum impugnans, & ſuccumbens, an legata vel alia ſibi in eodem relicta perdat?

SVMMARIA.

1. *Teſtamentum tanquam inofficioſum vel aliter imperfectum impugnans, & ſuccumbens, an legata amittit, & n. 2.*
3. *Legatum non videtur, quod iure naturæ debetur.*
4. *Si pater aliquid præcepit, & filius ob eius inobſervantiam eſſet in caſu privationis, tunc nihilominus legitimam petere poteſt.*
5. *Teſtatoris voluntas eſt ſervanda in iis, quæ poteſtati eius ſunt comm. ſed non in iis, in quibus lex neceſſitatem imponit.*
6. *VVittenbergenſium reſponſum refertur.*

1 AFfirmat ICtus Vlpinianus *in l. Papinianus. 8. §. meminiſſe. 14. ff. de inoff. teſtam.*

2 Quod quidem verum eſt, ſi qui Teſtamentum falſum dicat, non ita ſi tanquam nullum & minus ſolemne inpugnat. *Dyn. in c. ex eo. 38. (ubi rationem diverſitatis aſsignat) de R. I. in 6. n. 2. ſub fin. verſ. vel ſi perſeveraverit. & n. 3. Paul. de Caſtr. conſil. 244. incip. viſo & examinato. n 1. verſ. prima quia qui dicit. & ſeq.* vel ſi filius juſta de cauſa in

totum

eorum exheredari potuit, ſed pater ex miſericordia motus, ei aliquid, ſed minus legitimâ reliquit, tunc enim ſi filius teſtamentum impugnat, & ſuccumbit, illud relictum meritò amittit. *Alber. de Roſat. in l. Papinianus. 8. §. meminiſſe. 14. ff. de inoffic. teſtamento. n. 19. ſub fin. verſ. ſed quomodo poteſt agere. & ſeq.*

2 Secus ſe res habet, ſi nulla juſta exheredandi cauſa eſt, ſed pater filio ad excludendam querelam inofficioſi legitimam reliquit, filius autem putans legitimam ſibi non integram, vel titulo inſtitutionis eſſe relictam, teſtamentum tanquam inofficioſum impugnare nititur, tunc enim, ſi pronunciatur, legitimam integram, vel titulo honorabili eſſe relictam, filius illud, quod ſibi loco legitimæ eſt relictum, propter eiuſmodi impugnationem teſtamenti non perdit. *eleganter Paul. de Caſtr. conſil. 244. incip. viſo & examinato. n. 1. ibi, & ad primum. & ſeq. lib. 2.* propterea quod *textus in d. l. Papinianus. 8. §. meminiſſe. 14. ff. de inoffic. teſtam.* nominatim loquatur de relicto, vel legato.

3 Legatum autem non videtur, quod jure naturæ debetur. *Bl. in auth. hoc amplius C. de fideicomm. n. 8. ſub fin. verſ. nam non videtur eſſe. & ſeq.*

4 Deinde, quia videmus, ſi teſtator aliquid præcepit, & ob eius inobſervantiã filius eſſet in caſu privationis, nihilominus tamen deducere poteſt legitimam, nec eâ privatur. *Marc. Anton. Peregrin. de fideicomm. artic. 36. num. 66.*

5 Quoniam teſtatoris voluntas ſervanda eſt in iis, quæ poteſtati teſtatoris ſunt commiſſa, non in iis, in

quibus neceſſitatem lex inducit *l.nemo poteſt. ſ. ff. de legat. Peregrin. de fideicommiſſ. d. art. 36. n. 72. ſub fin. verſ. non teſtatoris.* Et diſpoſitio *d.l. Papinianus. §. meminiſſe. ff. de inoffic. teſtamen.* eſt odioſa, & non extendenda, ſed potius regulariter verum eſt, quod quis in eo, quod impugnavit, & ſuccubuit, poſſit ſe fundare. *Br. in l. poſt legatum. col. 4. verſ. recte ultimum dictum. ff. de his quib. ut indign. late Joann. Lupus (ubi multas rationes affert) in repet. c. per veſtras. 7. ext. de donat. inter vir. & uxor. in 4. notab. n. 33. ſub fin. verſ. ad ideo facit. & ſeq. pag. 421.*

6 Atq; ita etiam VVittenbergenſes ad conſultationem von den Riemern/ *Anno 1613.* reſponderunt:

Ob nun wol zu Recht vorſehen / daß einer des legati verluſtig wird/ wenn er des defuncti teſtamentum tanquam inofficioſum anzufechten vnd vmbzuſtoſſen ſich vnterſtehet / Dennoch aber vnd dieweil jhr darzu aus erheblichen Vrſachen bewogen worden/ die legitima euch auch iure naturæ gebühret / vnd nicht kan entzogen werden/ So habt jhr euch derſelben nicht verluſtig gemacht ſondern wird euch aus des verſtorbenen Gütern billich gefolget / V. R. W.

Deciſio XXIX.

Cujus Iudicis decretum in alienatione bonorum pupillarium requiretur, an ejus vbi bona ſita ſunt, an verò vbi pupillus domicilium habet.

SVMMARIA.

1. *Prima opinio recenſetur, quod illius Iudicis decretum requiratur, vbi prædium ſitum eſt,*

2. *Si Parmenſis vendit fundum exiſtentem in territorio Parmenſi, contractus autem ſit Regij, tunc menſura debet Parmæ fieri, vbi fundus ſitus eſt.*

3. *Secunda opinio, quod eius Iudicis decretum deſideretur, vbi pupillus domicilium habet.*

4. *Tertia opinio quod vtriuſq; Iudicis decretum imponi debeat.*

5. *Quarta opinio, quod alterutrius ſufficiat, & in arbitrio curatorum poſitum ſit, cuius Iudicis decretum adhibere velit.*

6. *Scabinorum Lipſenſium reſponſum refertur.*

7. *Interpoſitio decreti eſt voluntariæ iuriſdictionis.*

8. *Quæ voluntariæ iuriſdictionis ſunt, vbique locorum expediri poſſunt.*

9. *Notabilis limitatio ad hanc deciſionem affertur.*

1 QVod à Iudice illius provinciæ vel loci, in quo ſitum eſt prædium minoris, interponi debeat decretum, docet *Bl. in l. ſi prædium. 16. C. de præd. & alijs rebus minor. n. 2. ibi, nota interponenda. & ſeq. Sebaſt. Nev. eod. n. 1. ibi, decretum in alienatione. Hippol. Riminald. Conſil. 5. n. 207. lib. 1. Franciſc. Cardinal. Manlic. de tacit. & ambig. convention. lib. 3. tit. 13. incip. ex loco etiam. n. 20. ibi, nam quod debeat, & ſeq. per textum in l. ſi prædium. 16. verſ. ſine decreto præſidis provinciæ in qua ſitum eſt. C. de præd. & alijs reb. minor.*

2 Deinde, quia ſi Parmenſis vendit fundum exiſtentem in territorio Parmenſi, contractus autem fiebat Regij, tunc menſura debet Parmæ fieri, vbi fundus ſitus eſt, vti per *d. text. in l. ſi fundus 16.* tradit *Alber. de Roſat. in l. arbitrio. §. de eo. ff. de dolo. num. 6. verſ. vlt. quæritur. & ſeq. Alciat. in l. vinum. 22. ff. de reb. credit. num. 23. & Conſil. 157. num. 1. lib. 5. Hoſtienſ. in ſum. extra de empt. vendit. §. quibus menſuris. num. 3. Pract. Papienſ. in forma libelli. in*

actio-

actione reali. gloſ. cui cohæret. num. 7. ibi, denuo quæro de quidam.

5 Econtra verò, quod decretum à Iudice illius loci, ubi pupilli vel minores domicilium habent, & iuriſdictioni ſubjecti ſunt, interponi debeat, tradit *Br. in l. legitimos. ff. de legit. tutel. col. 1. verſ. quæro an iſtud decretum. & ſeq. Iaſon in l. cunctos populos. 1. in 2. lectur. C. de ſumm. Trinit. n. 96. ibi, ultimo adducit Hippol. de Marſil. in l. ult. ff. de juriſdict. n. 100. Aym. Cravett. conſil. 264. incip. quidam fratres. n. 9. ibi, ſimiliter decretum. & in l. cum filio. ff. de legat. 1. n. 248: Roland. Paſſag. tract. de teſtam. & ultim. volunt. rubr. de tutor. in teſtam. vel Codicill. dand. 31. num. 10. ibi, an iſtud decretum. & ſeq. Chaſſan. ad conſuetud. Burgund. tit. des mains mortes. §. 16. num. 4. num. 28. & 30. Ludov. Roman. conſil. 39. incip. in propoſita quæſtione. num. 3. verſ. ſecundo pro hoc textu. Philipp. Dec. conſil. 207 incip. pulchrum eſt dubium. num. 2. ſub fin. verſ. ex eo quod notat. num. 3. 4. & n. 5. Erneſt. Cothman. conſil. Academ. 13. incip. hac controverſia. num. 4. ibi, ſed quid, ſi decretum. & ſeq. Barthol. Bertazol. conſil. t. decisiv. 12. incip. non levis eſt. num. 25. libr. 1 per text. in l. magis puto. 5. §. illud. 12. ff. de reb. eor. qui ſub tutel.*

Vbi Prætor Romanus tum demum diſtractionem bonorum provincialium permittere poteſt, ſi modo tutela Romæ agatur, & ita pupillus ibi domicilium habeat.
4 Alii verò ſtatuunt, quod utriuſque Iudicis decretum requirendum, & interponendum ſit. *Erneſt. Cothm. d. conſil. Academ. 13. n. 4. verſ. non deſunt tamen. & ſeq. uſq. ad finem. Bl. in l. juriſperitos. 33. § cum oriundus. ff. de excuſat. tutor. in princ. & n. ſeq.*

5 Rectius tamen faciunt illi, qui volunt, quod quilibet Iudex

Judicium [illegible], quod domicilij ſuum decretum [illegible] poſſint pro utilitate arbitrio tutorum vel curatorum [illegible] alterius judicis decretum implorare velint, [illegible] nuſſit, ut utriuſq; decretum interponatur. *Bl. in l. ven[illegible]. 1 C. de contrah. empt. n. 3. in princ. & verſ. ſol[illegible]. quod quil[illegible]. & ſeq. & in l. magis puto. 5. §. illud 12. ff. de reb. eor. qui ſub tutel. n. 1. verſ. nota in textu. & ſeq. Paul. de Caſtr. in l. 1. C. de contrah. empt. n. 3 ibi. ſed quæro. Joann. Stchard. eod. n. 4. Salyc. in l. ſi prædium. 16. C. de præd. & alijs reb. minor. n. 4 verſ. ſed hic. Gomez. de contract. c. 14. n. 17. Octav. Simoncell. (ubi rationes & limitationes affert) tract. de decretis. lib. 1. tit. 1. inſpect. 1. n. 69. verſ. quæritur igitur primo. per tot. junct. n. 70. ſub fin. verſ. retenta tamen communi. & ſeq. pract. Papienſ. in forma libelli in cauſa venditionis. gl. ceſſit & mandavit. n. 11. verſ. conſultius tamen eſt. & n. ſeq. Fabian. de Monte. tract. de empt. vendit. quæſt. 5. princ. n. 99. verſ. ſed hic occurrit. & n. ſeq.*

6 Atq; ſecundum hanc ultimam aſſertionem etiam Scabini Lipſienſes ad conſultationem George Hentſchels zum [illegible]/ *Menſe Junio Anno 1613.* reſponderunt, Stehet jhr mit P. N. hinterlaſſene Kinder Vormunden umb ein Gut/ ſo Schulden halber verkaufft werden muß/ und in einer andern Herrſchafft gelegen iſt/ in Handlung/ und fällt die Frage vor: Von welcher Obrigkeit das decretum ſol ertheilet und interponiret werden/ So ſprechen Wir ꝛc. darauff vor Recht/ daß den Vormunden/ wo ſie beyder Orten Gerichtsherrn umb das decretum nicht erſuchen wollen/ frey ſtehet/ entweder die Gerichte des Orts/ darunter das Gut gelegen/ oder da die Unmündigen ſeßhafftig/ umb das decret anzulangen/ und jhr habet euch in einem oder dem andern Fall keiner Gefahr zu beſorgen. V. R. W.

7. Propterea, quod interpoſitio decreti ſit voluntariæ juriſdictionis. *Alciat. tract. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 10. n. [illegible] verſ. & pro iſta parte. & ſeq. Jacob. Menoch. lib. 2. præſumpt. 3. incip. de præſumpt. poſt princ. verſ. quæ ſunt juriſdictionis. n. [illegible] & n. 19. verſ. quarto notius eſt. & ſeq.*

8 Quæ autem ſunt voluntariæ juriſdictionis, ubiquaquam extra territorium exerceri & fieri poſſunt. *l. in ult. ... de adv. nat. Feder. de Sen. conſil. 11. n. 6. Oldrad. conſil. 73. incip. quæritur ſi prælatus. n. 1. vers. & talia poſſunt. & ſeq. Bl. in l. magis puto 5. §. illud. 12. ff. de reb. cor. qui ſub tutel. n. 1. in prin. & conſil. 124. incip. archipresbyter. n. 1. ante med. vers. ſed ubi non requiritur. & ſeq. vol. 1. Gl. in l. ult. ff. de jurisdict. verb. non pareretur. ſub fin. vers. in voluntaria ſecus. Obrecht. tract. de juriſdict. lib. 1. c. 9. n. 3. & ſeqq.*

9 Quæ tamen deciſio procedit, dummodo Iudex ille, à quo decretum requiritur, ſit competens, vel ratione bonorum, vel ratione domicilij, vel alio modo. Secus eſt, ſi pupilli vel minoris non eſt competens, tunc enim ejus juriſdictio quoad interpoſitionem decreti prorogari non poteſt. *Bl. (ubi hoc notandum dicit.) in l. magis puto. 5. §. illud. 12. ff. de reb. cor. qui ſub tutel. n. 1. in fin. vers. nota à contrario ſenſu. & n. ſeq. Bero. conſil. 22. n. 46. & ſeq. vol. 2. Octav. Simoncell. tract. de decret. lib. 1. tit. 1. inſpect. 1. n. 72. ibi, ſecundo declaratur. & n. ſeq.*

Deciſio XXX.

Uſuræ an & quando ultra alterum tantum peti poſſint?

SVMMARIA.

1. *Uſuræ ultra alterum tantum peti non poſſunt.*
2. *Limitationes afferuntur.* n. 3. & n. 4. n. 5. n. 6. 7.
8. *Reſponſa Lipſenſium & VVittenbergenſium afferuntur.* n. 9.
10. *Vbicunq; debitor in mora eſt, tunc ad uſuram tenetur, etiamſi multorum annorum uſuræ legitimè coacervatæ duplum excedant.*

1 Eſt quidem indubitati juris, quod uſuræ ultra alterum tantum peti & exigi non poſſint. *text. expr. in l. ſi non ſortem.*

item. 26. §. 1. ff. de condict. indebit. l. nihil intereſt. 4. §. pro operis. 1. ff. de nautic. fœnor. l. uſuræ. 10. l. de uſuris. 27. §. cùm autem tempor. 1. C. de uſur. l. pecuniæ 9. ff. eod. Novell. 121. c. 1. & 2. & Novell. 136. per tot. Zanger. de except. part. 3. c. 25. n. 39. & n. ſeqq. Petr. Surd. conſil. 302. incip. articulus. n. 1. & ſeq.

2 Quæ tamen aſſertio fallit, ſi uſuræ non tanquam uſuræ, ſed tanquam intereſſe petuntur, uti in meis concluſionibus practicab. *part. 2. concl. 38. n. 35. & ſeqq.* latius oſtendi.

3 Deinde fallit, ſi debitor pro ſolutione ſortis principalis faciendâ interpellatus ſolutionem remoratur, effugia quærit, & ſolutionem in multos annos malitioſe differt, veluti ita per ea, quæ in terminis tradit *Erneſt. Cothm. conſil. 52. incip. nobiles quidam. n. 262. ibi, deinde dico. & n. ſeq. vol. 2. Surd. d. conſil. 302. n. 1. ſub fin. n. 2. & ſeqq. Natta conſil. 450. incip. prætendit iſte. n. 14. & ſeq. lib. 2. Zanger de except. part. 3. d. c. 25. n. 38. & ſeq.*

Scabini Lipſenſes *Menſe Decembr. Anno 1618.* ad conſultationem Martin Wagners zu P. reſponderunt, cujus reſponſi tenor mihi ex manibus, neſcio quorſum evaſit, aliâs pro more ſolito aſſcripſiſſem.

4 Item fallit, ſi aliter inter creditorem & debitorem fuerit conventum, tunc ea conventio meritò valet & ſervanda eſt. *Joach. Scheplitz ad conſuetud. March. part. 4. tit. . §. 2. & ſeqq. n. 19. vers. & hoc minus habet dubium. & ſeq. uſq. ad finem.*

5 Præterea fallit in annuis penſionibus cenſibus & reditibus; ſi quis enim ejuſmodi annuas penſiones emit, ut pro centenis aureis ex fundo aliquo vel domo ſingulis annis ſolvantur cenſus vel penſionis nomine quinque aurei, ejuſmodi emptio, ſive reditus conſtituantur in pecunia, ſive in frumento, ſive alijs rebus, bene valet, & cenſus illi ſolvi debent, etiamſi poſt multa annorum curricula, puta poſt viginti annos excedant precium, & alterum tantum ſuperent. *Andr. Gail. lib. 2. obſeruat. . incip.*

N 2 ca-

contractus emptionum. n. [illegible] *verſ.* [illegible] *& ſeqq. per tot. cui addatur Petr. Frider. Mindan. de mandat. judic. lib. 2 c.* [illegible] *incip. clauſula.* [illegible] *& ſeqq.* [illegible] experientia teſtatur, & res per ſe clara præjudiciis [illegible] opus habet.

6. Porro ex ſententia *Petr. Frider. Mindan. tract. de mandat. judic. lib. 2. c. 73. incip. in uſuris. n. 21. verſ. verum* [illegible] *& ſeq. quem ſequitur Erneſt. Cothm. (ubi de experientia quotidiana teſtatur) conſil. 52. incip. nobiles quidam. n. 259. ibi,* [illegible] *etiam exceptio. & n. ſeq. vol. 2. Petr. Surd. conſil. 302. incip. articulus. n. 3. & ſeq. Joach. Scheplitz ad conſuetud. Marchic. part. 4. tit. 1. §. 2. & ſeqq. n. 19. ibi, verum hoc. & ſeq.* fallit, ut hodie jura *ſupra n. 1.* adducta locum non habeant, ſed quandiu durat mutuum, tamdiu etiam uſuræ præſtari debeant, etiamſi ad centum vel mille annos duraret obligatio; Quæ tamen fallentia in his terris non ſervatur, ſed quotidie [illegible] pronunciari experimur, & niſi ſuperfluum foret, [illegible] alleg[illegible] poſſent præjudicia, ut proinde ſupervacuum prorſus foret, ſi quis extraneis authoritatibus, & rationibus [illegible] ſtuderet, ut in ſimili dicit *Hartm. Piſtor. quæſt. 16. n. 9.* [illegible] *lib. 1.*

7. Amplius [illegible] in uſuris rei judicatæ, ſi enim debitor jam [illegible] ad alterum tantum ſolvere, & ad ſolutionem [illegible] principalis interpellatus, inſtrumentum obligationis judicialiter recognovit, vel per ſententiam definitivam ad [illegible] condemnatum, ſolutionem retardavit, tunc is à [illegible] nitionis factæ, vel rei judicatæ ad uſuras, ultra [illegible] tantum recte tenetur, veluti ita Scabini Lipſenſes [illegible] *21 Junij Anno 1611.* ad conſultationem Chriſtoph [illegible] von Burckersroda auff Kolßen vnd Ted[illegible] Zum andern/ [illegible] ſprechen wir/ ſind Anno 1604. den 14. [illegible] Chriſtoff vnd Friederich von Thuna/ Gebrüdere/ des [illegible] Chriſtoffs von Thuna hinterlaſſene Söhne/ wegen [illegible] 2000. Thaler/ biß auff die Hülff erſtanden vnd erklaget/ [illegible]

[illegible] Thuna nicht [illegible] laſſen / ſondern uff ihr unterthänigſtes ſuppliciren ſo viel erhalten / [illegible] Rechtlichen Nothdurfft in proceſs gehöret / biß endlichen Anno 1605. in dieſer Sache definitive erkandt worden; welches Urthel krafft Rechtens erreichet / nach ferner Inhalt ewrer Fragen / So ſind [illegible] von Thuna von der Zeit an / als ſolch Urthel in ſeine Krafft ergangen / die gebührlichen Zinſe von ſolchen 2000 Thalern uber das alterum tantum zu erlegen unnd abzuſtatten ſchuldig. V. R. W.

8. Sed etiam *Menſe Septembr. Anno 1611.* reſponderunt, So hat auch in dieſen / ſo wol auch in andern Puncten / (weil man nach Verordnung der Rechte à tempore rei judicatæ die Landüblichen Zinſen auch uber das alterum tantum von der Hauptſumma zu erlegen ſchuldig) ein anders zu Recht nicht mögen geſprochen werden. V. R. W.

9. Idem in aliâ causâ *Menſe April. Anno 1609.* JCti Judicij Curialis VVittenbergenſis pronunciarunt, Hat Johann Brunner vor 33. Jahren 1000. fl. ſo ewrem Weibe und [illegible] durch Urthel und Recht zuerkandt / auch darzu verholffen worden / auff einen Reverß auß dem deposito bey dem Gerichte zu P[illegible] auffgehoben / und in ſeinen Nutz gewandt / und es iſt ihm Anno 1576. durch einen Abſchied aufferleget / berührte Gelder wiederumb in das depoſitum einzubringen / damit es ewrem Weibe und Kinder und hernacher euch / als ihren Erben / gefolget werden möchte; Ob nun wol nach Verordnung allgemeiner beſchriebener Rechte die Zinſen die Hauptſumma nicht ubertreffen mögen / und höher nicht als das Capital ſich erſtreckt / können gefordert werden; Dieweil aber im gegenwertigen Fall Klage erhoben / lis conteſtiret, ein Abſchied ertheilet / die Hülffe angeſetzt / und die Appellation verworffen / ſo ſeyd ihr auch die Zinſen à tempore moræ, oder auch das intereſſe, ſo viel ihr deſſen liquidiren und gebührlichen erweiſen könnet / vollſtändlich zu fordern wol befugt. V. R. W.

Ratio eſt, quia à tempore judicati debitor non ſolven-

morum committit. *Joann. de Anan. conſil. 3. n. 5. verſ. quare & ſeq. Tuſch. tom. 8. verb. mora. concluſ. 373. n. 41.*

10 Ubicunq; autem debitor in mora eſt, tunc ad uſuras tenetur, etiamſi multorum annorum uſuræ legitimè conſervatæ duplum excedant. *Surd. d. conſil. 302. incip. articulus n. 2. & 3. Zanger. de except. part. 3. c. 25. n. 40. verſ. quando ergo debitor. & ſeq.*

Deciſio XXXI.

De Jure cereviſiam coquendi Nobilibus, & aliis interdicto.

SUMMARIA.

1. *Jus cereviſiam coquendi & vendendi Nobilibus eſt interdictum. 7.*
2. *Nobiles mercaturam exercere non poſſunt.* n. 5.
3. *Nobiles an jus cereviſiam coquendi à civibus vel ruſticis emere, vel aliter acquirere poſſunt.*
4. *Nobiles artes mechanicas exercere non poſſunt.*
6. *Nobiles tabernam & cauponariam per miniſtros exercere non prohibentur.*
8. *Sententia Judicij Curialis Lipſenſis affertur.*

IN ordinationibus provincialibus Erneſti Electoris & Ducis Saxoniæ, *ſub dato Dresdæ die Lunæ poſt dominicam Quaſimodogeniti Anno 1512. rubr.* Des Mältzens vnd Brawens *pag. 19.* quas deinde Auguſtus Elector Saxoniæ *ult. Mart. Anno 1571. rubr.* Brawen/ Schencken/ vnd andere Bürgerliche *pag. 83.* renovavit, & confirmavit, verbis diſertis eſt diſpoſitum, quod prælati & Nobiles jus cereviſiam coquendi, niſi pro neceſſitate & ſuſtentatione ſuæ familiæ, habere non debeant. *Daniel Moller. (ubi ſupra limitat.) lib. 4. Semeſtr. c. 17. incip. nobilis. n. 1 verſ. inveniam. & ſeq. Andr. Rauchb. quæſt. 12. incip. civitati cuidam. n. 8*

2 *... ibi, & in ordinatione part. 2.* Quod non tam ideo conſtitutum eſt, quod Nobilibus mercaturam exercere abſq; nobilitatis diminutione non permittatur. *Bl. in l. nobiliores. 4. C. de commerc. & mercat. n. 2. Luc. de Penn. in l. ne quis. C. de dignit. poſt princ. Guid. Pap. decis. 196. incip. nobiles. n. 1. & ſeqq. Matth. de Afflict. in c. 1. tit. quis dicat. dux. n. 16. ibi. quid de mercatoribus. & ſeq. Mynſing. centur. 6. obser. 54. incip. ſæpe in controverſiam n. 2. & ſeq. n. 5. & ſeqq. VVurmbſ. lib. 1. obſ. tit. 27. obſer. 2. incip. prædium. n. 7.* quàm quod urbibus exinde detrimentum & pernicies inferatur, & civibus alimenta detrahantur & commercia minuantur. *l. nobiliores 4. pernicioſum urbibus. C. de commerc. & mercatorib. Andr. Rauchb. d. quæſt. 12. n. 6. part. 2.*

3 In controverſiam autem vocabatur, an Nobiles ejuſmodi jus cereviſiam coquendi titulo emptionis, ceſsionis vel alio modo acquirere poſſint? Dubium movebat, quod in *d. ordination. provinciali, rubr.* M... ... Brauen. *§.* Darumb ordenen vnd ſetzen Wir. *vers.* durch die ſeiner *pag. 19. & pag. 83.* verbis claris eſt ſtatutum, quod nobiles neq; per ſe, neq; per alios, & ita nullo modo, quicunq; etiam excogitari poſſet, cereviſiam coquere ſibi præſumant: Propterea, quod cereviſiam coquere & cauponariam exercere, ſit admodum res ſordida, & quavis arte mechanica vilior. *l. quæ adulterium 29. C. ad l. Jul. de adulter.*

4 Si autem nobiles artes mechanicas exercere non poſſunt. *Bl. in l. nobiliores. 4. C. de commerc. & mercat. n. 2. ibi. & qui facit. & n. 3.*

5 Multo minus eis cereviſiam coquere permittetur: Verum enimverò, cum Nobiles per alios, puta miniſtros ſuos non ſolum mercaturam, *Mynſing. cent. 4. d. obſer. 54. n. 13. ibi, traduxit etiam. & ſeq.*

6 Sed etiam tabernam & cauponariam exercere non prohibeantur. *Alber. de Roſat. in l. humilem. C. de inceſt. nupt. Alciat. de præſumpt. regul. 1. præſumpt. 48. n. 10. ibi, item non-quid. poſt princip. & ſeq.*

No-

Nobilibus etiam non tam propter ſordiditatem, quàm, & quidem principaliter, propter difficultatem commercii, perniciem, & detrimentum, quod per hoc civitatibus, & civibus infertur, jus cereviſiæ coquendæ interdicatur. *d. l. nobiliores 4. C. de commerc. & mercator.*

7. Quod etiam exinde colligitur, quod in *d. ordinat. provinc.* §. Darumb ordenen vnd ſetzen wir. *vers.* Aber die ſolch Brawen; nominatim caſus ille excipitur, ubi Nobiles longiſſimo vel immemorabili tempore ejuſmodi jus in uſu habuerunt. Quæ ſanè ratio hic ceſſat, cum Nobiles non plus cereviſiæ coquere poſſint, quàm ipſi venditores vel cedentes habuerunt. *l. nemo plus. 54. ff. de R. I. l. nemo. 154. ff. eod.*

8. Ideoq; in Iudicio Curiali Lipſenſi, in cauſa Wolff von Schönfelds zu Döben *contra Syndicum* des Rahts zu Grimma/ Anno 1613. rectè contrarium eſt judicatum, Auff außgebrachte Inhibition geführte Beweiſung vnd Gegenbeweiſung/ vnd erfolgete Dieſetze/ Syndicen des Rahts zu Grimma an einem, Actorem Vormunden Ernſt von Schönfeldt Erben anders theils/ erkennen wir/ daß Actor die Ceſſion zur Nothdurfft erwieſen: Derowegen ſeine Principalen bey der ihren Vettern Ernſt von Schönfelden abgetretenen Brawgerechtigkeit billich gelaſſen werden. Sie ſind aber vber die in der den 20. Maij Anno 1555. auffgerichten Vertrage zugelaſſene gebrawde Bier zu brawen/ auch dieſelbe bey Faſſen/ Viertheln/ Tonnen vnd halben Tonnen auß dem Flecken Döben zu verkauffen nicht befugt/ Sondern ſich deſſen hinfüro gentzlich zu enthalten. V. R. W.

Deciſio XXXII.

Ceſſiones Iurium & actionum juxta l. per diverſas 22. C. mand. *an & quatenus prohibeantur & non valeant.*

SVM-

SVMMARIA.

1. *Conſtitutionum Anaſtaſii & Iuſtiniani hodie ſumma eſt utilitas.*
2. *Conſtitutiones Anaſtaſii & Iuſtiniani in odium redimentium alienas lites ſunt inventæ.*
3. *Ampliatur etiamſi in inſtrumento ceſſionis inſeratur nomen venditionis.*
4. *Vel ſi in inſtrumento dicatur, quod pro parte vendatur, & pro parte donetur.*
5. *Vel pro parte vendatur uni, & pro altera parte donetur alteri cuidam tertiæ perſonæ interpoſita.*
6. *Vel ſi totum donetur alicui, & clam recipiatur aliquid, nomine precii.*
7. *Vel ſi pro parte vendatur, & pro parte permutetur.*
8. *Ampliatur etiam in redemptoribus alienarum litium.*
9. *Potentiores qui dicantur, remiſſivè.*
10. *Ampliatur etiam in iis, qui ſibi quotam litis paciſcuntur.*
11. *Reus etiam non poteſt Iudicii mutandi cauſa rem alienare.*
12. *Ampliatur, ſi de reali numeratione aliter non, niſi ex confeſſione cedentis conſtat.*
13. *Niſi fides de precio habita fuerit.*
14. *Ampliatur, ſi verum precium fuerit numeratum, ſed poſtea illud cedens reſtituit.*
15. *Item, ſi cedens finxit ceſſionarium eſſe ſuum creditorem.*
16. *Etiam, ſi in inſtrumento dicatur, cuivis bonæ fidei poſſeſſori, & detentatori* Einem jeglichen getrewen Brieffs Inhabern.
17. *Sententia Scabinorum Lipſenſium recenſetur.*

CUm hominum avaritia eouſque excreverit, ut nullis corradendi pecuniam & alios decipiendi, & defraudandi modis deſiſtant, ad quod palliandum varias technas, verſutias & calliditates quærunt, inprimis verò aliorum actiones & jura modico aliquo dato ſibi acquirunt, & ſibi cedi curant, id quod noſtris temporibus quàm frequentiſſimum fieri, experimur, Ideoque ad ejuſmodi inhiationes & callidas machinationes removendas, *Imperator Anaſtaſius in l. per diverſas 22. C. mandat. & Iuſtinianus in l. ab Anaſtaſio. 23. C. eod.* ſalubriter ſanciverunt, quod ejuſmodi ceſsiones non valeant.

1 Quarum conſtitutionum, cum hodie ſumma ſit utilitas,

ideò eas paucis percurrere, & quid in uſu practico pro tem-
pore mihi occurrit, annotare placuit.

2 Hæ autem conſtitutiones præcipuè in odium redimentium lites ſunt editæ. *d. l. per diverſas. 22 vers. nec enim dubium eſt. C. mandat. Socin. Jun. conſil. 48. n. 6. lib. 3. Alciat. reſponſ. 124. n. 9. Menoch. lib. 3. præſcrip. 129. n. 2. poſt princ.*

3 Et procedunt, etiamſi in inſtrumento ceſsionis nomen venditionis inſertum ſit. *d. l. per diverſas 21. in med. verſ. licet inſtrumento. C. mand.*

4 Vel expreſsè dicatur in eodem inſtrumento ceſsionis, quod pro parte vendatur, & pro parte donetur. *l. ab Anaſtaſio. 23. poſt princip. vers. ſancimus nulli licere. C. mand. Gozadin. conſil. 3. n. 24. Menoch. de præsumpt. 129. n. 27. (ubi limitat.) & n. ſeq. Br. in d. l. per diversas. 22. n. 9. vers. tertio dixi. Bl. in l. ſi cuicunq. 2. C. ne liceat potentior. n. 3. vers. tertio poteſt impugnari. Ludov. Rom. conſil. 450. incip. præsens dubitationis, n. 2. ibi, ſecundo quia certum eſt, & ſeq. Anton. Gabriel. lib. 2. commun. conclus. tit. de action. conclus. 5. n. 4.*

5 Vel quod pro unâ parte vendatur uni, pro alterâ parte donetur alteri cuidam tertiæ perſonæ interpoſitæ. *d. l. ab Anaſtaſio. 23. §. ſi quis a. 1. C. mandat. Menoch. lib. 3. de præſumpt. 129. n. 27. Bl. in d. l. ſi cujuscunq. 2. n. 3. vers. ſecundo modo impugnatur. & in l. ſi paterna. 2. C. de repud. hered. n. 1. vers. idem puto.*

6 Vel quod donetur in totum uni, ſed clam recipiatur aliquid nomine precij. *d. l. ab Anaſtaſio. 23. §. ſed & ſi quis 2. C. mandat. Menoch. d. præsumpt. 129. n. 27. in med. verſ. tertia fuit.*

7 Deinde prædictarum conſtitutionum Anaſtaſij & Iuſtiniani diſpoſitio ampliatur etiam eo in caſu, ubi pro parte venditur, & pro parte permutatur, nam & tunc, ſi habitâ rei æſtimatione unâ cum illa parte precij apparet de ejus tenuitate, ceſsio ſimulata præſumitur, & non valet. *Br. in l. per diverſas. 22. C. mandat. n. 10. Bl. in l. ultim. C. eod. conſil. 2. n. 5. verſ. ſed nunquid lex. & n. 6. Menoch. d. præsumpt. 129. n. 5.*

8 Item ampliatur in redemptoribus alienatarum litium,

[illegible]

cum enim potentiores alienas actiones patrocinij cauſa mercede data ejus qui actione tenetur, laceſſendi, vexandi vel ulciſcendi gratia ſuſcipiant & intendant; ideoque meritò hoc tanquam odioſum & invidioſum, juxta *l. penult. C. mandat.* reprobatur. *Jacob. Cujac. lib. 8. obſer. 31. incip. ſapè potentiores. poſt princip. Menoch. d. præsumpt. 129. n. 36. poſt princ. (ubi elegantes limitationes affert) n. 38. 39. 40. & 41. Tuſch. tom. 1. verb. ceſſio. concl. 208. n. 1. & ſeqq. per tot. Jaſon in l. 1. C. ne liceat potent. n. 1. & ſeq.*

9 Potentiores autem hoc in caſu qui ſunt, vide *Bl. in conſil. 151. incip. quædam mulier vidua. (ubi de cancellario, cui ceſſæ ſunt actiones, dicit.) n. 1. & ſeq. per tot. lib. 1. & in l. 2. C. ut liceat potent. n. 2. & in l. per diuerſas. 32. C. mandat. n. 43. & ſeq. Guid. Pap. decis. 273. n. 1. ſub fin. Menoch. d. præsumpt. 129. n. 37. Cravett. consil. 205. incip. pernoctatio. n. 43. Anchor. consil. 165. incip. quæſtio talis eſt. per tot. Ludov. Roman. consil. 518. incip. in caſu propoſito. n. 5. Camil. Borell. consil. 12. incip. Leonhardus de Casmo. n. 42. vers. nec obſtat. n. 43. & ſeq. Iaſon in l. 1. C. ne liceat. potent. n. 2. & ſeq. addantur Matth. de Afflict. (ubi de consiliarys Principum dicit) in conſtitut. regn. Sicil. in conſtit. quæ incip. humanitate. in 4. notab. Natta (ubi de Camerario Principis dicit.) consil. 1[illegible]. incip. vertitur lis. n. 10. Anton. Hering. de fidejuſſ. c. 7. n. 274. & ſeq.*

10 Imò quamvis quis mercede accepta alienas actiones ſuſcipiat, & intendat, quod fit, quando quis alienam litem agendam ſuſcipiat quaſi ſuam, ſub pactione tertiæ, vel quartæ, vel dimidiæ partis, vel, ut ex eventu incerto litis ſibi certa quantitas aut pars litis certa detur, & ſolvatur, quod leges vetant, *l. ſi contra. 20. C. mandat. l. litem. 15. C. de procur. l. ſi quis 5. C. de poſtul. l. ſumptus 35. ff. de pact. l. 1. §. ſi cui 12. ff. de extraordin. cognit.*

Nam etiam hæ & ſimiles pactiones omnes præſumuntur eſſe tales, ut ab Anaſtaſio *in d. l. per diuerſas. 22.* prohibitæ cenſeantur. *Jacob. Cujac. lib. 8. d. obſer. 31. poſt med. vers. mercede accepta. usq. ad finem. & lib. 16. obſer. 16. incip. recte poſt princ. Paul*

Caſtr. in l. per diverſas, 22. C. mandat. n. 2. ibi. quia per leges veteres. & ſeq. late Farinac. in ſua pract. crimin. quæſt. ... n. ... & ſeqq. per tot.

11 Præterea ampliatur in reo, nam necis judicij mutandi cauſa, ad evitandas actiones, rem quam poſſidet, alienare poteſt. *Iacob. Cujac. lib. 10. obſer. 3. incip. edictum. per tot. ... in l. ob maritorum. 2. C. ne uxor pro marito. n. 6. Paul. de Caſtr. in l. à Divo Pio. 15. §. ſi ſuper rebus. ff. de re judic. n. 8. Iaſ. in. eod. n. 50. & ſeq.*

12 Ampliatur ulterius, ſi de reali & naturali numeratione precij etiam juſti aliter non, niſi ex ſolâ cedentis & ceſſionarij confeſſione conſtet. *Br. in d. l. per diverſas. 22. C. mandat. n. 11. Bl. in l. ſi cujuscunq. 2. C. ne liceat potentior. (ubi limitat.) n. 5. ibi, adde quod quarto. & in l. per diverſas. 22. C. mandat. n. 4. ibi, textu ibi, & n. 5. & in l. ſi paterna. 2. C. de repudiand. hered. n. 1. vers. item quando non. Cravetta conſil. 145. incip. viſo præ... n. 7. vers. ad hæc ſicut. & ſeq. Menoch. (ubi eleganter limitat.) d. præſumpt. 129. n. 20. & ſeqq. Ludov. Roman. conſil. 86. incip. viſo quæſtionis. n. 9. ibi. non enim aliter. & ſeq. Raphael Fulgos. conſil. 205. incip. Gagnaldus & Ugoletus. n. 5. ... nec huic obſtat. & ſeq. & conſil. 242. incip. viſa copia. n. 1. vers. ſecundo principaliter. & ſeq. Anton. Faber in ſuo Codice lib. 4. tit. mandat. 26. ac fin. t. 20. n. 1. Pract. Papiens. (ubi limitat.) in forma libelli in cauſa venditionis gl. ceſſit & mandavit n. 7. Seraphin. Olivar. decis. Rot. Roman. 1139. n. ... Anton. Gabriel lib. 2. comm. opin. tit. de action. conclus. 5. n. 23. (ubi limitat.) & n. ſeq. Tiraq. in l. ſi unquam. C. de revocand. donat. verb. donatione. n. 77. & in tract. de retract. conſang. §. 1. gl. 18. n. 85. Alex. conſil. 36. incip. viſo themate. n. 3. vers. ad hoc quod notat. & ſeq. lib. 2. Guid. Papa deciſ. 167. incip. an compenſatio. n. 5. ibi. circa hanc materiam. Matth. de Afflict. in c. 1. tit. de feud. dat. in vic. leg. comm. n. 42.*

13 Niſi fides de precio fuerit habita. *Bl. in l. per diverſas. 22. C. mandat. n. 29. ibi. decimo tertio quæro. & ſeq. Salyc. ... quæſt. 4. Menoch. de præſumpt. 129. n. 23. ſub. fin. & n. ſeq. Guid.*

Pap. decis. 16 . n. 7. ibi sed circa hæc. & seq. Anton. Gabriel. d. conclus. 1. n. 28.

14 Similiter etiam ampliatur, etiamſi verum precium fuerit numeratum, ſed poſtea illud cedens reſtituat ceſſionario. *Br. in l. per diuersas. C. mandat. n. 17. Bl. eod. quæſt. 20. n. 44. ibi, vigesimo quæritur. usq. ad fin. & in l. ſic paterna. 2. C. de repud. hered. n. 1. vers. item quando. Riminald. Sen. Conſil. 407. n. 8 & ſeq. lib. 3. Socin. Iun. consil. 97. n. 70. lib. 2. Matth. de Afflict. in c. un. in princ. tit. de feud. dato in vic. legis commiſſ. n. 42. vers. vel apparet verè ſolutum. Menoch. de præſumpt. 129. n. 25.*

15 Vel cedens finxit ceſſionarium eſſe ſuum creditorem. *Br. in d. l. per diuersas. 22. n. 19. Menoch. de præsumpt. 129. n. 26. Ludov. Roman. consil. 450. incip. præsens dubitationis. (ubi ampliat procedere, ſi cedens pro parte finxit ceſſionarium eſſe ſuum creditorem) n. 1. vers. prima quia ſi. & ſeq. per tot.*

16 Deniq; ampliatur, etiamſi debitor in inſtrumento obligationis cuivis bonæ f. poſſeſſori & detentatori einem jeglichen getrewen Brieffs Inhabern ſe ſoluturum promiſit. *Thom. Trevisan. decis. Venet. 42. n. 17. Guid. Pap. decis. 567. incip. an compensatio. n. 4.*

Propterea, quod is bonæ f. poſſeſſor dici nequit, qui præſumptionem fraudis & ſimulationis contra ſe habet. *Bl. in l. per diuersas 22. C. mandat. n. 2. verſ. nam ſi præſumitur. & ſeq.*

17 Veluti ita etiam Scabini Lipſenſes *Anno 1615. ad consultationem* G. von C. reſponderunt: Ob nun gleich in der Verſchreibung zu befinden / daß jhr einem jeglichen getrewen Brieffs Inhabern die 500. fl. zuzahlen verſprochen vnd zugeſagt / ꝛc. Da aber dennoch die Ceſſio verdächtig / vnd wider die Constitutionem Anaſtaſij, auch vnſers gnädigſten Churfürſten vnnd Herrn Außſchreiben lauffen wolte, So weret jhr dem Ceſſionario G. S. die Zahlung zu thun nicht ſchuldig.

V. R. W.

Deciſio XXXIII.

De ceſſionibus jurium & actionum, quæ juxta l. per diverſas 22. *ſunt permiſſæ & licitæ.*

SUMMARIA.

1. *Ceſſiones Iurium & actionum inter coheredes pro actionibus hereditarys permittuntur.*
2. *Inter legatarios & fideicommiſſarios etiam;*
3. *Item, ſi Creditor à ſuo debitore pro aſſecuratione crediti ceſſionem accepit.* n. 4
5. *Si ceſſio fiat mere donationis, & liberalitatis cauſâ.*
6. *In donatione in ſolutum etiam admittitur ceſſio. 7. 8. 9.*
10. *Ceſſio valet, ſi debitor ante litem conteſtatam de vitioſa ceſſione non excepit. & n. 11.*
12. *Ceſſio valet, ſi venditionis cauſa fit.*
13. *Dummodò iuſto & equivalente precio fiat, & quod ſit iuſtum precium. n. 14.*
15. *Lipſenſium reſponſum.*
16. *Ceſſio valet in hereditate venditâ, 17.*
18. *Item, ſi actio inutilis eſt cedenti, & cedens eſt extraneus.*
19. *Vel ſi tibi cedo, quid mihi decem verè valeat, ſed tibi propter loci diſtantiam quinq; tantum valet.*
20. *Item, valet ceſſio, ſi actio iam eſt in iudicium deducta.*
21. *Vel ſi non actio, ſed ius ſententia cedatur.*
22. *Vel ſi cum nomine periculum, & incertitudo exigendi etiam transfertur in emptorem.*
23. *Si fiat ad defenſam, & non ad offenſam, ubi pulchrum exemplum.*
24. *Si fiat acceſſorie ratione contractus pracedentis.*
25. *Si fiat præſente & tacente debitore.*
26. *Si non ceſſionarius cedentem ad ceſſionem perſuaſit, ſed cedens ceſſionarium ad ceſſionem recipiendam induxit.*
27. *Si actio eſſet expoſita venalis.*
28. *Si aliâ ex cauſa fiat, & iuſta cauſa qua. n. 29.*
30. *Si abinorum Lipſerſium reſponſum.*
31. *Plures caſus remiſſive referuntur, ubi ceſſiones valent.*
32. *Quæ requiruntur, ut ceſſiones valeant.*

In

1 IN caſibus, ubi ceſſio actionum & jurium licita & permiſſa eſt, primum locum obtinet ea ceſſio quæ inter coheredes, pro actionibus hereditarijs, fieri contingit. *text. expr. in l. per diuerſas. 22. §. exceptis ſ. C. mandat. ubi Br. & DD. communiter. Salyc. eod. col. 2. Bl. ibi d. n. 6. ibi. & ibi in textu. & ſeq. Alciat. reſp. 124. n. 10. Ant. Gab. lib. 2. comm. opin. tit. de action. concl. 5. n. 6.*

2 Deinde illa ceſsio, quæ fit legatarijs, vel fideicommiſſarijs quibus debita vel actiones vel aliæ res ſunt relictæ. *d. l. per diuerſas. 22. vers. nam non his quas inter legatarios. C. mandat. ubi. Salyc. col. 3. vers. item nota ex litera. Menoch. d. præſumpt. 129. n. 13. & ſeq. Cujac. lib. 16. obſer. c. 16. in med. vers. ſi heres.*

3 Tertio, quando creditor à ſuo debitore pro ſuo credito ceſsionem in aſſecurationem accepit. *d. l. per diuerſas. 22. verſ. & his quascunque, vel creditor. C. mandat. Menoch. d. præſumpt. 129. n. 11. Cujac. d. obſer. 16. in med. vers. ſi creditori nomen. Anton. Gabr. lib. 2. comm. opin. tit. de action. concl. 5. n. 7.*

4 Quartò, ſi is, qui rem alienam poſsidens ſibi ex aliqua cauſa obligatam recepit, ceſsionem pro majori ſui munimine & cautione. *d. l. per diuerſas. 22. vers. vel is, qui res aliquas. C. mandat. Menoch. d. præſumpt. 129. n. 12. Alciat. reſponſum. 124. n. 5. Anton. Gabr. d. concl. 5. n. 8.*

5 Si ceſsio fiat donationis & meræ liberalitatis cauſâ citra ullam diſsimulationem. *d. l. per diuerſas. 22. ſub fin. vers. ſi autem per donationem. C. mandat. Cujac. lib. 16. obſer. d. c. 16. poſt med. vers. & ut uno tantùm. Bl. in l. per diuerſas. 22. C. mand. n. 1. vers. ſi a. ceſſio.*

6 Sextò, ſi eſt datio in ſolutum. *Br. in l. per diuerſas. 22. C. mand. col. 4. n. 3. Iacob. Puteus decis. Rot. Roman. 22. in ſ. Bermandinus. n. 3. ibi. item, quia negari non poteſt lib. 3. Anton. Faber in ſuo Cod. lib. 4. tit. mand. 26. defin. 20. n. 4. ibi, quod ſi ceſſio. & ſeq.*

7 Dummodo probetur præcedens debitum, *Anton. Faber in ſuo Codic. d. tit. mand. 26. defin. 20. n. 5. ibi, ſed tamen eadem jurus. & ſeq.*

8 Et quidem condignum debitum, aliâs ſi debitum pro parte

parte verum eſt, pro alia verò parte non, ceſsio vel datio in ſolutum pro ea parte qua ſimulatum eſt debitum, inefficax eſt, *Ludou. Roman. consil. 450. incip. praesens dubitationi. n. 1. vers. ergo pariter. & ſeq. adde ea quae in concluſionib. practic. ab part. 1. conclus. 56. n. 48. & ſeq. dicta ſunt. Tuſch. tom. 1. verb. ceſsio. concl. 208. n. 6.*

9 Debitum autem hoc in caſu ſufficienter probatur, ſi cedens non tantum confitetur, ſed etiam jurejurando affirmat, ſe eſſe debitorem, tunc enim ejuſmodi probatio ſufficit, præſertim ſi eo tempore, quo de viribus ceſsionis diſputatur, cedens, defunctus fuerit, *Anton. Faber. d. defin. 20. n. 7. vers. diversum tamen est. & ſeq.*

10 Septimò ceſsio valet, ſi debitor agentem ceſsionarium admiſit, & ante litem conteſtatam de vitioſâ ceſsione non excepit. *Anton. Faber. in ſuo Codic. tit. mandati. 26. defin. 10. incip. purgatur vitium. n. 1. & ſeqq. per tot. cui addatur Guid. Pap. decis. 567. n. 4.*

11 Quod verum eſt in ejuſmodi ceſsione, quæ ſub prætextu alicujus debiti fit, de qua propriè tractatur *in d. l. per diverſas. 22. & ſeq.*

Secus eſt in eâ, quâ quis debitoris vexandi, & laceſſendi causâ in potentiorem actionem transfert, cum enim per ejuſmodi ceſsionem & translationem creditor litem & actionem totam amittat, *l. 1. & 2. C. ne liceat. potent.*

Et exinde exceptio peremptoria totam actionem perimens naſcatur, merito ea etiam poſt litem conteſtatam opponi poteſt, *Bl. in l. ſi cujuscunq. 2. C. ne liceat potent. n. 3. ibi quaero utrum ſufficiat.*

12 Octavo ceſsio valet, ſi venditionis causâ fiat. *l. 1. vers. nominis a venditio. C. de donation. Iacob. Puteus decis. 27. incip. debet mendicus. n. ult. lib. 3.*

13 Dummodò quis emit juſto & æquivalente precio. *Br. in l. diverſas. 22. C. mand. col. 1. Bl. eod. col. 2. n. 9. & conſil. 46*

incip.

incip. inter Joann. n. 7. ſub fin. vol. 1. Paul. de Caſtr. in d. l. per diverſas. 22. n. 12. verſ. quia textus iſtius legis. & ſeq. Salyc. ibid. col. 3. in 12. quæſt.

14 Juſtum autem & æquivalens precium hoc in caſu cenſetur, quod deductis impenſis, quæ ad conſequendam rem fieri poſſunt, vel facta ſunt, læſionem ultra dimidiam non excedit. *l. 2. C. de reſcind. vendit. Gl. in l. per diverſas. 22. C. mandat. verb. alijs cauſis. verſ. ſed quantum precium dicitur. & ſeq. Fulgoſ. conſil. 242. incip. viſa copiâ. in princ. verſ. primo ex precij paritate. & ſeq.*

15 Niſi aliter probari poſſit, inter cedentem & ceſſionarium ſimulatam tantum venditionem fuiſſe celebratam, & in fraudem legis nomen venditionis inſertum. *d. l. per diverſas. 22. verſ. licet inſtrumento. C. mandat.* Veluti etiam ita Lipſenſes *ad conſultationem* Hanſen Wagners *Anno 1612.* reſponderunt, Ob nun gleich das Geld/ welches N. G. vor die Schuldt gegeben/ ſo hoch als die erkauffte Forderung iſt/ ſich nicht erſtrecket ꝛc. Dennoch aber vnnd dieweil dieſelbe nicht klar geweſen/ Sondern auff Außführung geſtanden/ die læſio auch ewerm eigenen Vorgeben nach/ vber die helffte ſich nicht befindet/ So iſt der Kauff vor kräfftig zu achten/ vnd jhr möget denſelben auß des Anaſtaſij Conſtitution nicht hintertreiben/ jhr wollet dann/ wie zu Recht [illegible] erweiſen/ daß ſolches nur ein Scheinkauff geweſen/ damit würdet jhr billich gehöret. V. R. W.

16 Nono, ceſſio valet in hereditate venditâ. *tot. tit. de hered. vel action. vend. qui per text. in d. l. per diverſas. n. 8. Bl. eod. col. 2. n. 13. Schrad. eod. n. 7. Paris. conſil. 10. Anton. Faber. lib. 12. conjectur. c. 12. col. 2. verſ. ex quo etiam apparet, quam imperite. & ſeq. Anton. Gabr. lib. 2. comm. opin. tit. de action. concl. 3. n. 26. & ſeq.*

17 Licet contrarium velit *Br. in l. per diverſas. 22. C. mand. n. 14. Ruin. (ubi dicit, quod titulus ff. de hered. vel act. vendit. ſit per text. in l. per diverſas. 22. correctus.) conſil. 37. incip. [illegible] n. 16. ibi, ſecundo principaliter dico. & ſeq. vol. 1. Menoch. lib. 2. præſumpt. 1[illegible]9. n. 6. ibi, extenditur ſecundo.*

18 Decimò ceſſio valet, ſi actio inutilis eſt cedenti, puta quidam Pariſienſis debet mihi mille, ego non ſum habitator Pariſium, unde cedo cuidam Pariſienſi illam actionem pro centum, certè non videtur vexandi, & redimendi litem cauſa facta, cum alia ſubſit cauſa rationabilis. *Bl. in l. per diverſas. 22. C. mandat. n. 28. ibi, duodecimo quæritur. quem ſequitur Paul. de Caſtr. (ubi hoc menti tenendum dicit) eod. n. 4. vers. [illegible] ſimilibus cauſis, ut ſi actio. & ſeq.*

19 Quemadmodum etiam ceſsio valet, ſi cedo tibi, quod mihi decem verè debet, ſed tibi ob diſtantiam loci quinque tantum valebit, *Bl. in d. l. per diverſas. 22. n. 28. verſ. ſed quid è contra. Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæſt. centur. 3. caſ. 24 [illegible] n. [illegible] & ſeq. per tot. Salyc. in d. l. per diverſas. 22. col. 4. vers. ſimiliter tu habes. Matth. de Afflict. in c. 1. tit. ex quibus cauſis feud. amitt. n. 22. vers. item habet arbitrium decernendi.*

20 Undecimò ceſſio valet, ſi actio jam eſt in judicium deducta, tunc rectè cedi poteſt, quando reus debitum fatetur, & actio eſt indubitata. *Angel. in d. l. per diverſas. 22. C. mand. Gabr. concl. [illegible] n. 53. Anton. Faber. lib. 12. conject. 12. per tot. Franc. Cardinal. Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 4. tit. 13. n. 15. Anton. Gabr. lib. 2. comm. opin. tit. de action. concl. 5. n. 51. & ſeqq.*

21 Duodecimo, ſi non actio, ſed jus ſententiæ ceditur. *Baldus in l. in Judicio. ff. famil. erciſc. Tiraq. de retract. convent. § 26. gl. 3. n. 22. Bl. in l. ex legato. C. de legat. n. ult. verſ. itē cedi poteſt.*

22 Decimotertio, ſi cum nomine & actione empta etiam periculum & incertitudo exigendi transfertur in emptorem. *Salyc. in d. l. per diverſas. 22. C. mand. n. 8. Richard. ibid. n. ult. ſub fin.*

23 Decimoquartò, ſi fiat ad defenſam & non ad offenſam, puta, quia poſſeſſor dubitans moleſtari ab aliquo recepit ceſſionem ab aliquo, qui potentius jus habet, quam ille. *Paul. de Caſtr. in d. l. per diverſas. 22. C. mand. n. 4. vers. vel [illegible] fit. Bl. (ubi caſum elegantem affert,) in l. cujuscunq. 2. C. ne [illegible]*

pr-

[illegible] n. 6. vers. item dico quando ceſsio. & ſeq. & in d. l. per diverſas. 22. n. [illegible] vers. vel pone exemplum.

24 Decimoquinto, ſi ceſsio fiat acceſſoriè ratione contractus præcedentis. *Br. in l. per diverſas. 22. C. mand. n. ult. ſub fin. Bl. cod. n. 11. ibi, tertio quæro. & in l. cujuscunq;. 2. C. ne liceat potent. n. 6. vers. adde quod ubicunq;. & ſeq. Menoch. lib. 3. præſumpt. 129. n. 43. Ant. Gabr. lib. 2. comm. opin. tit. de Action. concl. 5. n. 29.*

25 Decimoſextò, ſi ceſsio fiat præſente & conſentiente, vel tacente eo, contra quem actiones ceduntur, tunc enim omnis ſuſpicio fraudis & ſimulationis ceſſat. *Bl. in l. cum eſſent. 33. §. per plurium. ff. de S. R. P. ſub fin. princ. vers. quod eſt mirabiliter notandum. & n. 1. Hippol. de Marsil. ſingul. 45. Menoch. lib. 3. d. præſumpt. 129. n. 42. Jacob. S. Georg. in l. ſi cujuscunq;. 2. C. ne liceat potent. n. 34. Ant. Gabriel. d. concl. 5. n. 30. & ſeq. & n. 56. Ludov. Roman. consil. 87. incip. circa id. n. 2. in medio.*

26 Decimoſeptimò, ſi non Ceſsionarius cedentem, bonis ejus inhians, ad ceſsionem faciendam perſuaſit, ex importunis moleſtijs adigit, ſed ipſe cedens ceſsionarium ad ceſsionem recipiendam induxit, Wenn nicht der Ceſsionarius dem Cedenten, ſondern der Cedens dem Ceſsionario nachgegangen. *per l. per diverſas. 22. poſt princ. vers. inhiantem. C. mand. ubi Salyc. n. 1.* Quemadmodum etiam *VVittenbergenſes Anno 1615. ad conſultationem Thomæ* Schzelters, *civis Lipsenſis*, pronunciarunt.

27 Decimooctavò, ſi actio eſſet expoſita venalis, & tanti vendita, quanti reperiretur, puta ſi actionem mihi competentem ex viginti ceſsi pro quindecim contra debitorem meum, qui facultatibus labebatur, tunc ceſsio etiam valet, quoniam actio non eſt formali precio æſtimanda, ſed quantum communiter valet. *Bl. in d. l. per diverſas. 22. C. mand. n. 8. vers. & primo revoco. Fulgos. consil. 242. incip. viva copia. ſub fin. princ. vers. certo hoc eſt verum. & ſeq.*

P 2 Deci-

28 Decimonono, ſi juſta ex cauſa non animo vexandi eum, contra quem facta fuit ceſſio, fiat *Gl. in d. l. per diverſas. 22. C. mand. verb. venditionis. in fin. vers. Secus cum juſta cauſa. Alciat. reſponſ. 124. n. 2. Menoch. lib. 3. præsumpt. 129. n. 16. & ſeq. Ant. Gab. lib. 2. comm. concl. tit. de action. concl. 5. n. 15. & ſeqq.*

29 Juſtæ cauſæ exemplum eſt in paupere vel alio, qui diffidit de conſequendo ſuum ob nimias adverſarij tergiverſationes, tædium & exercitationem litium. *Specul. lib. 2. part. 1. tit. de ceſſione actionis. §. ſciendũ. 1. n. 10. vers. quid enim ſi cedens. Socin. Sen. consil. 170. n. 3. in fin. lib. 2. Tiber. Decian. consil. 119. n. 16. Anton. Gabr. d. tit. de action. concl. 5. n. 16. Paul. de Caſtr. consil. 393. incip. pro evidentia. n. 2. col. 2. vers. circa quintum & ultimum. & ſeq. vol. 2. & in d. l. per diverſas. 22. C. mand. n. 4. verſ. & idẽ ſentit. & ſeq.* ubi ſubjicit, ſe conſuluiſſe, cum quædam mulier in pœnam fori Iulij ceſſiſſet, jura ſua contra quoſdam ſuper hereditate & bonis paternis, & maternis, pro duobus millibus, quæ valebant ultra ſex millia, quod hæc ceſſio valeat, propterea quod mulier non animo vexandi adverſarium, ſed ideò, quod ei actio erat inanis propter potentiam adverſariorum, ceſſiſſe dicatur.

30 Quemadmodum etiam ita Scabini Lipſenſes *Menſe Octobr. Anno 1614.* reſponderunt, Ob nun gleich P. H. die Schuld/ ſo ewer Schwägerin bey L. Th. zu fordern gehabt/ vmb ein geringes an ſich bracht/ vnd zu Recht verſehen/ daß in ſolchen vnd dergleichen Fällen die Ceſſiones vor vnkräfftig erkandt werden: Dennoch aber/ vnd dieweil ewre Schwägerin mit L. Th. deßwegen lange zeit zu Rechte gelegen/ von jhme viel Jahr auffgehalten/ vnd herumb geführet worden/ es auch in jhrem Vermögen nicht geweſen/ die Rechtsfertigung außzuführen/ So iſt dahero die Ceſsio vor kräfftig zu achten/ vnd jhr möget dieſelbe propter tenuitatem precij nicht vmbſtoſſen. V. R. W.

31 Plures caſus, ubi ceſsiones valent, vide apud *Specul. lib. 2. part. 1. tit. de ceſſione actionis. §. 1. & ſeq. n. 1. & ſeqq. per tot. Menoch. lib. 3. præsumpt. 129. per tot. Paul. de Caſtr. in l. per diverſas. 22. C.*

[illegible] C. mand. n. 3. & ſeq. Br. Bl. Salic. & DD. ibid. Tuſch. tom. 1. Pract. concl. verb. ceſſio. conclus. 203. & ſeq. conclus. 2[illegible]9. & 211. n. 1. & ſeq per tot. Guid. Pap. decis. 2[illegible]3. incip. utrum ceſſio. n. 1. & ſeq. Anton. Gabriel. lib. 2. comm. opinion. tit. de actionib. conclus. 5. n. 2. & ſeqq. per tot.

32 Quæ etiam requiruntur, ut ceſsio valeat, tradit *Pract. Papienſ. in formā libelli in cauſa venditionis. gl. ceſſit & mandavit. n. 5. ibi, quæritur ultra. & ſeq.*

Deciſio XXXIV.

Ceſſiones actionum an Iuramento firmari poſsint.

SVMMARIA.

1. *Affirmativè traditur, quod ceſſiones actionū iuramento firmari poſſint.*
2. *Negativa verior eſt.*
3. *Lipſenſium ſententia refertur.*
4. *Lites redimere & ſimulatas ceſſiones facere, eſt contra bonos mores.*
5. *Iuramentum contractum ſimulatum & ſuſpectum, firmare non poteſt.*

1 AFfirmativè concludit *Anton. de Butr. in c. cum contingat. extr. de jurejur. n. 5. vers. octavus caſus. Alex. conſil. 3[illegible] incip. viſo themate ſupra ſcripto. n. 3. ibi, plus videtur quod attento. & n. ſeq. lib. 2. Ioann. de Imol. in l. nemo poteſt. 55. ff. de legat. 1 col. 3. & in c. ad noſtram. n. ult. ſub fin. extr. de empt. vend. Guid. Pap. decis. 273. incip. utrum ceſſio. n. 1. vers. idem ſi eſſet facta à extraneo. & ſeq. per text. in l. ult. C. ad l. Iul. repetund.*

2 Econtra negat *Anton. Gabriel. lib. 2. comm. opinion. tit. de action. conclus. 5. n. 3. ibi, primo amplia. Gozad. conſil. [illegible] n. [illegible]. Menoch. lib. 3. præſumpt. 129. n. 8.*

3 Atq; ita etiam Lipſenſes *Menſe Novembr. Anno [illegible] ad conſultationem Iacob* Hertzigen zu W. pronunciarunt: Ob nun wol G. N. die Ceſsion mit einem leiblichen Eyde bekräfftiget/

vnd dieſelbe bey dem Wort der ewigen Warheit zu halten / ſich verbinden; Dieweil aber dennoch er in derſelben ſehr hintergangen/ vnd jhme ein anſehnliches wiſſentlich verſchwiegen worden. So iſt die Ceſsio vnkrefftig/ vnd maagedachter G. N. dieſelbe der endlichen Zuſage vngeachtet / auff vorgehende relaxation wol vmbſtoſſen. V. R. W.

4 Propterea, quod lites redimere & ejuſmodi actionem per ſimulatas & calidas ceſsiones acquirere, eſt contra bonos mores. *Cujac. lib. 16. obſer. 16. incip. rectè, poſt princ.* Juramentum autem contra bonos mores præſtitum, non eſt obligatorium. *c. non eſt 58. de R. I. in 6.*

5 Nec poteſt contractum ſimulatum & ſuſpectum confirmare. *Paul. de Caſtr. conſil. 143. incip. viſo proceſſu. n. 1. verſ. & benè facit ad prædicta. & ſeq. lib. 2. Gl. in l. emption. C. plus valet quod agitur. verb. emptione. ſub fin. Felin. in c. ſi diligenti. 12. ext. de foro compet. n. 28. verſ. quid autem ſi juretur. & ſeq. Menoch. lib. 3. præſumpt. 122. incip. poſteaquam. n. 63. & ſeq. Anton. Hering. de fidejuſſ. c. 10. incip. materia circa quam. n. 95. Erneſt. Cothm. conſil. 18. incip. Deo auctore. n. 89. & n. ſeq. Dec. conſil. 644. n. 11. verſ. & ideo non firmatur. Paris. conſil. 53. incip. primò dicendum. n. 14. & conſil. 54. incip. in præſenti. n. 41. & ſeq. lib. 1.* Cum non debeat eſſe vinculum iniquitatis. *c. etſi Chriſtus. extr. de jurejur. Matth. de Afflict. deciſ. 322. incip. dominus Liccus. n. 1. & ſeq.*

Deciſio XXXV.

Ceſsione actionum quoad illud, quod ſolutam quantitatem excedit, annullatâ ad quemnam illud ſuperfluum pertineat, an ad cedentem, an verò ad debitorem.

SVM-

SVMMARIA.

1. *Quod Imperatores Anaſtaſius & Iuſtinianus de hac quæſtione ſanxerint.*
2. *Refertur nonnullorum opinio, qui dicunt, quod illud plus debitoris lucro cedat.*
3. *Contrarium reſponderunt ICti Iudicij Curialis VVittenbergenſis.*
4. *Item & alij DD. tradunt contrarium.*
5. *Rationes aſſignantur, & n. 6.*

1 ANaſtaſius quidem *in l. per diuerſas. 22. C. mand.* ſancivit, quod Ceſsionarius non niſi pro ea quantitate, quam reverâ ſolvit, & ejus uſuris, actiones exercere poſſit, ſed cui illud ſuperfluum cedat, non exprimit; Juſtinianus vero *in l. ab Anaſtaſio. 23. §. 1. vers. ut nihil amplius accipiat. C. mand.* ſtatuit, quod illud ſuperfluum ex utraq; parte ſit inutile, neq; ei, qui ceſsit actiones, neq; ei, qui eas ſuſcipere curavit, aliquid lucri, vel fiat, vel remaneat, vel aliqua contra debitorem, vel res ad eum pertinentes, utriq; eorum actio eſſe debeat;

2 Unde DD. generaliter concludunt, quod illud ſuperfluum, & quod plus eſt in debito, neq; ceſsionario, neq; cedente, ſed lucro debitoris, cedat. *Anton. Gabriel. lib. 2. comm. opin. tit. de action. concl. 5. n. 1. vers. contrarium vero quod tam & ſeq. Jacob. Cujac. lib. 10. obſer. 3. incip. edict. ſub fin. vers. obſeruandum etiam eſſe. & lib. 10. obser. 16. post princip. vers. & nominatim cauetur. & ſeq. Ludov. Roman. conſil. 450. incip. præſens dubitationis. n. 1. vers. ergo pariter. & n. 3. vers. partim verò per figuratam. & ſeq. & ſingul. 26. incip. quid ſi conſiteor. n. 1. vers. etiam quoad reſiduum.*

Pro quorum aſſertione facit, quod ceſsionarius in eo, quod ſolutam quantitatem excedit, habeatur pro redemptore litium alienarum. *text. in l. per diuerſas. 22. vers. nec enim dubium. & poſt med. verſ. nulla enim talis ratione. C. mand.*

In redemptione autem litium hoc juris eſt, quod uterq; tam is, qui vendit, quam qui redimit, actionem amittat. *l. 1. & l. 2. C. ne liceat potent.*

3 Contrarium tamen JCti Iudicij Curialis VVittenbergenſis Anno 1615. ad conſultationem Th. Lebzelters/ civis Lipſenſis reſponderunt; Ob nun wol ſonſten im Rechten vorſehen/ wenn einer eines andern Recht durch Ceſsion vmb ein geringes an ſich bringet/ daß derſelbe ſich ſolches Rechtens weiter vnd ferner nicht als er dafür außgezahlet/ zu erfrewen haben ſol. Dennoch aber/ vnd dieweil ſolche diſpoſition juris fürnemblich in favorem des debitoris, nicht aber reſpectu tertij, vnd derſelben Creditorum gemeynet/ dieſelbe in ſola ſimulationis & uſurariæ pravitatis præſumptione, quæ contrariam probationem regulariter admittit, fundiret, Vnnd ohn das nach gemeinem Schluß der Rechtsgelehrten die Vbermaſſe dem Cedenten, vnd nicht dem Debitori zum beſten gehet/ in gegenwertigem Fall aber/ der Ceſsionarius Iohan Carl Reinhard ſich zum Kauff nicht gedrungen/ der Cedent auch/ welcher jhne ſeines beſten halber darzu vermocht/ noch dieſe Stunde darmit gar wol zu frieden. Als erſcheinet dahero allenthalben ſo viel/ daß Johan Carl Reinhard/ des jhme cedirten Rechtens der 1500. Reichsth. ewers Vorwendens vngeachtet/ vollſtendig ſich zu gebrauchen wol befugt. V. R. W.

Propterea, quod diſpoſitio Iuſtiniani, *in d. l. ab Anaſtaſio. 23 §. 1. C. mand.* ſancientis, quod ſuperfluum nec ad ceſsionarium, nec ad cedentem ſpectet, ſed uterq; eo carere debeat, non univerſaliter in omnibus omnino caſibus, ſed ſolummodo in tribus illis caſibus procedit, quos Iuſtinianus *in d. L. ab Anaſtaſio. 23. in princ. §. 1. & ſeq. C. mand.* enumerat, puta, ſi quis uni partem vendit, & partem donat, vel eidem partem unam vendit, & alteri cuidã tertiæ perſonæ interpoſitæ alteram partem donat, vel alicui totam donat, ſed tacitè & clam aliquid recipit;

In

4 In reliquis verò caſibus, ubi ceſsio pro minori quantitate facta eſt, aliud dicendum eſt, & ſuperfluum, non lucro debitoris cedit, ſed penes cedentem remanet, ut eleganter tradit, & textum *in d.l.ab Anaſtaſio 23.* explicat *Gl. in l. ab Anaſtaſio. 23. C. mand. verb. perſoluit, vers. verius his tribus. usq; ad finem. Specul.lib.2.part.1.tit.de ceſsion.actionis. §.ſciendum.1.n.7. vers.in residuo.a.dixerunt.& ſeq. Paul.de Caſtr.in l.per diuerſas. 22. C.mand.n. 2. poſt med. vers. iſtis calumnijs & fraudibus. & n.8. vers. item dicit gloſſa quod hoc. & ſeq. Jacob. Menoch. lib 3 praesumpt.129.n.27.vers. has fraudes damnauit. & ſeq. Bl.in l. ſi cujuscunq;. 2. C. ne liceat potentior. n.3. vers. cum cedens vel conſtituens. & in l. ab Anaſtasio. 23. C. mand. n. 2. ibi, unde ratione fraudis. & ſeq.*

5 Tum quia hoc, quod ſcilicet textus *in l. per diuerſas. 22.* per textum *in l. ab Anaſtasio. 23.* corrigatur, & generaliter reſiduum debitoris lucro cedat, in *d. l. ab Anaſtasio. 23.* non dicitur, nec per aliam expreſſam legem hoc diſponitur, *Specul. d. §. ſciendum eſt 1. n. 7. vers. cum hoc non prohibeatur. & ſeq.* Correctiones autem jurium quantum fieri poteſt, evitare debemus. Tum, quia pœnæ potius reſtringendæ, quàm ampliandæ ſunt, *l. interpretatione. 41. ff. de pœn. l. Arrianus. 47. ff. de O. & A.* Tum, quia facta ceſſione pro minori quantitate in reſiduo ceſſio non tenet, *d. l. per diuerſas. 22. C. mand.* ſed pro infecta habetur. *l. non dubium. 5. C. de legib.* Ergo in reſiduo ſalva manet actio penes cedentem, *Specul.d.§.1.n.7.vers. item quia in residuo. & ſeq.*

6 Rationem diverſitatis, cur aliud ſit in hoc, & aliud in tribus illis caſibus, aſſignat *Paul.de Caſtr.in d.l.per diuerſas 22 C.mand.n. 2. ſub fin. vers. quae punit duntaxat. & n. 8 vers. ratio diuerſitatis eſt. & ſeq.*

Q Deci-

Deciſio XXXVI.

Si filius pro patre nolit fidejubere, an rectè exheredari poſſit?

SVMMARIA.

1. *Si filius pro patre ratione delicti vel debiti carcere incluſo fidejubere noluit, poteſt exheredari.*
2. *Si pater non fuit carceri incluſus, ſed aliter pecuniâ indigens, filium pro fidejubendo interpellavit, ſed filius hoc recuſavit, an filius exheredari poſſit?*
3. *Vaſallus pro domino fidejubere nolens, non poteſt exheredari.*
4. *Scabinorum Lipſienſium ſententia.*

1 JUſtinianus quidem *in Novells. ut cum de Appellatione cognoſcitur. 115. c. aliud. 3. §. ſi quemlibet. 8.* ſancivit, Si filius pro patre vel ratione delicti vel debiti carceri incluſo nolit fidejubere, quod tunc pater juſtè eum exheredare poſſit: ſed ſi pater non fuit incluſus, ſed aliter pecunia indigens filium rogavit, ut pro ſe fidejuberet, an & tunc juſta cauſa ſit exheredandi, ſi filius fidejuſsionem in ſe ſuſcipere recuſavit, ante paucos annos dubitabatur.

2 Pro negativa faciebat, quod certæ ſunt cauſæ exheredationis, ob quas ſolas & non etiam ab alias æquè graviores quis exheredari poteſt. *Vigl. ad §. ult. inſt. exheredat. liber. n. 8. Borch. de gradib. tit. utrum pater poſſit. in med. pag. 68. Bl. conſil. 20. incip. factum ſic ſe habet. n. 7. lib. 1. Ludov. Roman. conſil. 185. incip. pro deciſione. n. 7. vers. dicens præter numeratas. & n. ſeq.*

3 Deindè, quia Vaſallus pro domino nolens fidejubere, feudo non privatur. *Aluarott. in c. 1. §. licet. Vaſallus. tit. ſi de feudo defuncti fuerit controverſ. n. 7. poſt princ. Matt. de Afflict. in c. §. ſi autem morte. tit. de alien. feud. patern. n. 4. Roſenth. de feud. c. 10. concl. 13. n. 6.* Ex quibus autem cauſis Vaſallus feudo non poteſt privari, ex iiſdem nec filius exheredari poteſt. *Alex. conſil. 203. incip. ſuper themate. n. 6. lib. 2. Roſenth. de feud. c. 8. concl. 27. n. 5.*

Se-

4 Sed quoniam communiter DD. tradunt, quod filius etiam ob æquegravem cauſam, quam *in d. Novell. 151. c. 3.* expreſſam, exheredari poſsit. *Schneid. ad princ. inſtit. exheredit. liber. n. 14. & ſeq. Gomez. lib. 4. variar. reſolut. c. 1. n. 12. Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæſt. cent. 2. quæſt. 103. n. 4. Alex. in auth. ex cauſa. C. de liber. præterit. n. 4. Iaſon eod. n. 6. Felin. in c. paſtoralis. extr. de reſcript. n. 2. Mich. Graſſ. §. teſtam. quæſt. 2.*

5 Ideoq; Scabini Lipſenſes *Anno 1612. Menſe Decembr.* rectè contrarium pronunciarunt: Woferne jhr nun / wie Recht / beweiſen köndtet / daß ewer Vater ſeinen Sohn Geörgen / ſich vor jhn in Bürgſchafft einzulaſſen / erſuchet / Solches aber jhme der Sohn verſaget / So were ſolches vor eine erhebliche Vrſache zu achten / vnd gedachter ſein Sohn Geörge könte das teſtamentum tanquam inofficioſum nicht vmbſtoſſen. V. R. W.

Deciſio XXXVII.

Si inter abſentes per literas contrahitur, in quonam loco cenſetur contractum, ad hoc, ut reus ibi tanquam in loco contractus conveniri poſsit.

SVMMARIA.

1. *Ille locus inſpicitur ad quem literæ diriguntur,*
2. *In eo loco contractus perfectus eſſe cenſetur, ubi utriusq; partis conſenſus coniungitur.*
3. *Vbi negotium inter abſentes per literas geritur, tunc conſenſus non prius intervenire cenſetur, quam ſi literæ in illo loco, ad quem diriguntur, ſint etiam præſentatæ, & lectæ.*
4. *Literæ ei, qui eas miſit, ſi interim moritur, non nocent, nec acceptanti & recipienti proſunt.*
5. *Romæ ſi quis per nuncium vel epiſtolam fundum alicui Bononiæ exiſtenti vendidit, intelligitur, contractus Bononiæ celebratus.*
6. *ICtorum Lipſenſium reſponſum affertur.*

1 Illic locus debet inſpici, ubi reus degit, & ad quem literæ diriguntur, quoniam in [illegible] caſu non [illegible] nis, ſed receptions literarum attenditur. *Bl. in* [illegible] *6 5. in 1. lectur. ff. de judic. n. 1. vers. quia non* [illegible] *& ſeq. Joann. Zanger. tract. de except. part. 2. c. 1. incip. exceptio* [illegible] *petentiæ. n. 11. & ſeq.* Deinde, quia ad perfectum contractum utriuſq; conſenſus requiritur. *l. conſenſiſſe. 2. §. 1. ff. de* [illegible] *l. 1. ff. mand. l. ult. C. ſi quis alter vel ſibi. Gemin. conſil. 6* [illegible] *n.* [illegible] *vers. item approbat contractus.*

2 Et quidem in eo loco contractus perfectè celebratus cenſetur, ubi utrinſq; partis conſenſus conjungitur. *l. omnem 20. ff. de judic. l. aut ubi. 3. §. 1. ff. de rebus author. judic. poſſid. l. conſenſiſſe. 21. ff. de O. & A.*

3 Ubi autem negotium inter abſentes per literas tractatur, tunc conſenſus non prius interveniſſe intelligitur, quam ſi literæ in illo loco, ad quem diriguntur, etiam ſint præſentatæ, & acceptatæ. *Bl. in rubr. C. de promiſſ. dot. n. 3. ibi, ubi patet quod actus. & ſeq.*

4 In tantum, ut literæ, ſi is, qui eas miſit, interim moriatur, acceptæ nec vel ei, qui eas miſit, nil proſint, nec ſcribentem & mittentem obligent, quoniam is jam conſentire non poſſit. *Bl. in d. rubr. C. de promiſſ. dotis. n. 3. ibi, imo dico quod ſi* [illegible] *& ſeq. Jaſon in repet. l. admonendi. 31. ff. de jurejur.* (*ubi rationem affert*) *n. 142. in med. vers. limita ſecundo ſingulariter. Hippol. de Marsil. ſingul. 373. incip. ut noſtr. n. 1. & ſeq. Ludov. Roman. in l. nuda ratio. ff. de donat. col. pen. in fin. Alex. conſil. 24. incip. ponderatis his. n. 9. vol. 1. Iacob. Puteus* (*ubi ita in Rota Roman. 25. Martij Anno 1541. decisum fuiſſe teſtatur.*) *deciſ. 114. incip. in una Meſanenſe. n. 1. & per tot. lib. 1. Benevet. Strach. tract. de mercat. tit. qualiter in cauſa mercat. procedi debet. c. de probat. n. ult. ſub fin. Tuſch. tom. 5. verb. literas. conclus. 374. n. 24. & ſeq. Petr. Rebuff. ad conſt. regn. Gall. tract. de chirograph. & ſchedul. recog. in præf. n. 100. Alex. conſil. 91. incip. circa primum dubiũ. n. 1. vol.* [illegible]

5 Deniq;, quia videmus, ſi quis Romæ per nuncium vel

epiſto-

epiſtolam fundum vendit alicui exiſtenti Bononiæ, quod contractus Bononiæ intelligatur celebratus, ut ibi agi poſſit, quoniam ibi conſenſus utriusq; verè conjungitur, neq; inſpicitur locus, à quo nuncius vel epiſtola dirigitur, ſed locus ad quem dirigitur, & in quo contractus perficitur, ut in terminis tradit *Bl. in l. multum. 11. C. ſi quis alteri vel ſibi ſub alter nomine vel alien. pecun. emer. n. 28. ibi, ſed his quæro ergo per nuncium, quem ſequitur Franciſ. Cardinal. Mantic. lib. 3. de tacit. & ambig. convent. tit. 13. incip. ex loco etiam. n. 60. ibi illud vero non recipit. & ſeq.*

6 Atq; ita etiam JCti Facultatis juridicæ Lipſienſis *10. Octob. Anno 1620.* pronunciarunt: Ob nun wol Thom. Lebzelter/ dieſer Factorey wegen/ zu Leipzig mit ewers Principalen Schwäher Vatern wie ob angezogen geredet/ auch von do auß an ewern Principalen nach Nürnbergk geſchrieben. Dennoch aber/ vnd dieweil deßhalben zu Leipzig nichts geſchloſſen/ noch abgehandelt worden/ Sondern zu Nürnbergk ewer Principal da er ſolches vernommen ſeinen Conſens zu der angetragenen Factorey ſeinen Willen gegeben/ vnd von do auß daſſelbe wieder an Lebzeltern geſchrieben/ vnd alſo zu Nürnbergk vnd nicht zu Leipzigk beyder Contrahenten conſenſus conjungiret, vnd zuſammen geſetzet/ vnd deßfals nicht dem ort/ da die Schreiben von dem einen Contrahenten außgeſendet/ ſondern do ſie von dem andern empfangen/ vnd do derſelbe zu dem begehrten Contract ſeinen conſens geben/ in acht zu nehmen/ auch die angetragene Factorey nicht auff Leipzig/ ſondern auff Nürnbergk gerichtet geweſen/ vnd daſelbſt von ewerm Principal verwaltet werden ſollen: So iſt demnach nicht Leipzig/ ſondern Nürnbergk/ pro loco contractus der mehr erwehnten Factorey zu halten/ vnd dahero auch ewer Principal zu Leipzigk deßwegen nicht zu belangen. V. R. W.

5 Ideo meritò in individuo contrarium ſtatuunt. *Innoc. in c. cum olim. extr. de cenſ. circa med. vers. unde dico. & ſeq. quem ſequitur Panorm. eod. n. 11. vers. & ex dictis ſuis. Felin. in c. capitulum. 30. extr. de reſcript. n. 10. in princ. verſ. ubi dicit, quod ſi in inſtrumentum. & ſeq. Ant. Gabr. lib. 6. comm. opin. tit. de regul. juris. d. conclus. 1. n. 60. vers. nam ſi inſtrumentum. & ſeq. Bl. in l. un. C. ut quæ deſunt advocat. n. 5. in fin.*

6 Veluti ita etiam Wittenbergenſes *Menſe Iulio Anno 1618.* pronunciarunt; Ob nun wol M. G. ſeine eigene Verſchreibung vmbzuſtoſſen vnd verdächtig zu machen ſich vnterfangen/ [illegible]wegen Klage erhoben/ vnd Beweiß verführen/ aber Sachfällig worden. Dennoch aber vnd dieweil er darzu bewegliche Vrſachen gehabt/ ſo hat er ſich der in der Verſchreibung benandten Friſt nicht verluſtig gemacht/ Sondern wird jhme dieſelbe von der Zeit an/ da das Vrthel Krafft Rechtens erreichet/ nochmals billich vergönnet. V. R. W.

Deciſio XXXIX.

Confeſſio ab uno facta, an & quatenus etiam alteri cohæredi vel ſocio noceat?

SVMMARIA.

1. *Species facti recenſetur.*
2. *Confeſſio unius ex correis vel ſocijs an & quatenus noceat alijs, n. 3. 4. 5. ubi exempla afferuntur.*
6. *ICtorum Wittenbergenſium reſponſum affertur.*

1 Quidam cauſam communem omnium nomine peregit, & multas expenſas fecit, finitâ causâ expenſas repetens, certam deſignationem exhibuit, quam etiam unus ex cohæredibus veram dixit, & tam multas expenſas factas eſſe confeſſus ſuam portionem ſolvit, quærebatur, an hujus confeſſio noceat etiam alijs, ita ut & illi reliquas expenſas abſq; ulteriori liquidatione & probatione refundere teneantur?

Dicen-

2 Dicendum videtur quod ſic, quoniam confeſſio unius ex correis vel ſociis noceret etiam alijs, *Matth. de Afflict. deciſ. 54. incip. ſunt duo. n. 1. & ſeq.* Et confeſſio filij & ſervi præjudicat patri & domino *gl. in l. 1. ff. ſi ex natali cauſa agatur. Anton. de Butr. conſil. 5. n. ult. verſ. nec obſtat. & ſeq.*

3 Verum enimvero, cum regulariter confeſſio unius alteri non noceat, ſed tantum inter confitentes præjudicet. *l. Seja mancipia. ff. ad SC. Vellejan. Paul. de Caſtr. conſil. 425. incip. ponitur in facto. n. 2. vers. conſtat autem. & ſeq. lib. 2. Matth. de Afflict. deciſ. 245. incip. magnifici nobiles ſedilis. n. 11.*

4 Nec confeſſio unius ex debitoribus vel fratribus noceat alijs. *l. 1. & 2. C. quibus res judic. non noc. Alex. conſil. 176. incip. in cauſa & lite. n. 4. ibi, nec dicatur quod confeſſio. vol. 6.*

5 Cum poſſit unus reus confiteri, & alter negare debitum, in tantum ut confitens condemnetur, negans verò abſolvatur, niſi debitum aliter, quam per confeſſionem unius liquidetur & probetur. *elegant. Bl. conſil. 43. incip. quidam Sez Cechus. n. 2. verſ. unde poteſt unus reus. & ſeq. vol. 5.*

6 Ideoq; JCti Facultatis Iuridicæ VVittenbergenſis *28. Auguſti Anno 1608.* merito ejuſmodi confeſſionem alijs non præjudicare reſponderunt, Habet jhr ewern Freunden vnd Verwandten den Verlag zum Rechten wegen des Mütterlichen Anfalles gethan/ vnd die Vnkoſten außgezehlet / vnd jhnen vorgeſtrecket. Wenn nun gleich etliche derſelben Gerichtlich geſtanden/ vnd bekandt/ daß von euch auff ſolche Rechtsfertigung an die 800. Gülden gewendet / So mag doch ſolche Confeſsion den andern/ ſo darbey nicht geweſen / nicht præjudiciren, ſondern jhr ſeyd dieſelbe jhnen zuforderſt / wie zu Recht gnugſam zu liquidiren vnd zu beſcheinen ſchuldig. Von Rechts wegen.

Deci-

Deciſio XL.

Sententia an & quatenus per Inſtrumenta de novo reperta, reſcindi poſſit?

SVMMARIA.

1. *Sententia ſub prætextu inſtrumentor. de novo repertorum, reſcindi non poteſt.*
2. *Ampliatur etiam in criminalibus cauſis.*
3. *Ampliatur in inſtrumento teſtamenti de novo reperti.*
4. *Fallit multis caſibus, de quibus remiſſive.*
5. *Fallit in heredibus.*
6. *Hæc deciſio ſtabilitur nonnullis præiudicijs, & reſponſis Ienenſium & VVittenbergenſium n.7.*
8. *Contraria aſſertio relativè recenſetur.*

1 EST quidem trita regula, quod ſententia ſub prætextu inſtrumentorum de novo repertorum retractari nō poſſit. *l. ſub ſpecie. 4. C. de re iudic. l. Imperator. 35. ff. eod. l. ſub prætextu. 19. C. de tranſact. Iaſon in d. l. Imperatores. 35. (ubi rationem aſſignat) n. 1. verſ. acta primo. & ſeq. Felin. in c. [illegible]ata. extr. de offic. delegat. n. 10. Fulgoſ. Conſil. 187. incip. in cauſa. n. 1. ſub fin. verſ. circa ſecundum. & ſeq.*

2 Quæ regula ampliatur etiam in criminalibus, nam nec in his cauſis ſententia per inſtrumenta de novo reperta, per quæ de innocentia rei condemnati apparet, retractatur, niſi ex gratia Principis, *per text. in l. Divi fratres. ff. de pœn. ubi Br n. 1. Iaſon in d. l. Imperator. 35. ff. de re iudic. n. 1. ſub fin. verſ. amplia illud. & n. 2.*

3 Deinde ampliatur in Inſtrumento teſtamenti noviter reperto, *Gl. in l. & ſi dolo. 3. §. item ſi ipſe. verb. ſibi evicerit.*

rit.ſub.fin.verſ.licet poſteà.ff.ſi cui pluſquam.per text. Falcid. Iaſ. in d.l. Imper. 35. ff. de re iudic. num. 2. verſ. ſecundo amplia. & ſeq.

4 Fallit tamen multis modis, de quibus vide *Mynſing. (ubi tres fallentias affert) cent.4.obſ.60.inc.frequent.n.7 & ſeqq. Iaſon in d.l. Imper.35.ff.de re iudic. ubi quamplurimas fallentias ennumerat) n.5.ibi, limita nunc iſtud.n.6.& ſeqq. Paul. de Caſtr. eod.n.1.& ſeq.& Conſil.257.incip.in cauſa quæ vertitur.num.1.& ſeq.lib.2. Tuſch. tom.6.verb. res iudicata. Concluſ. 269. num.1. & ſeqq. & tom. 7. verb. ſententia. Concluſ. 160. num. 20. & ſeqq. Felin. in c. inſinuante. extra de offic. delegat. num. 10. verſ. fallit niſi.& ſeq. Gail. lib. 1. obſeruat. 104. num. 40. & ſeqq.*

5 Inprimis verò præter fallentias à DD. traditas reſtringitur in heredibus, ſi enim heredes ad ſolutionem ſunt condemnati, & poſtea inſtrumentum quietationis, vel ſimilia de novo inveniunt, tunc cum illis rectè contra rem iudicatam admittuntur.

6 Veluti ita in iudicio Aulico Aldenburgenſis, in cauſa derer von Thuna auff der Herrſchafft Lohenſtein und Weiſſenburgk *contra* die Holbachiſchen Erben, *ex reſponſo Ienenſium 6. Iulij Anno 1613.* fuit ſententionatum, quæ ſententia etiam
7 poſtea non ſolum per Leuterationem ex reſponſo VVittenbergenſium, *16. April. Anno 1616.* ſed etiam per oberleuterationem *7. Febr. Anno 1617.* confirmata, in rem iudicatam abijt. Propterea, quod illi in probabili ignorantia verſentur, & ob id meritò audiantur *l. qui in alterius. ff. de R.I. Iaſ. in d. l. Imperat. 35. ff. de re iudic. num. 12. verſ. & tunc ſicut reus. et ſeq.*

Non obſtante, quod contrarium conſuluerit

Raph.

Raph. Fulgoſ. Conſil. 181. incip. in cauſa. n. 1. ſub fin. verſ. & ſic heredit. & ſeq.

Deciſio XLI.

Per teſtes de novo repertos, an ſententia retractetur?

SVMMARIA.

1. *Per teſtes de novo repertos, an ſententia retractari poſſit?*
2. *Affirmative deciditur.*
3. *Lipſenſium ſententia affertur.*

IN præcedenti deciſione n. 4. remiſſivè dixi, quod in nonnullis caſibus ſententia per inſtrumenta noviter

1 reperta retractari poſſit: Sed an hoc etiam obtineat in teſtibus de novo inventis, diſceptari ſolet, quemadmodum mihi caſus antè paucos annos obvenit de heredibus, qui de debito defuncti condemnati, poſteà teſtes invenêrunt, quibus ſolutionem partis probare potuerunt.

2 Affirmativè tradit *Iaſon in d. l. Imperat. 35. ff. de re iudic. (ubi pulchras rationes affert) num. 10. ibi, quinto ultra. & ſeq. Mynſing. (ubi hanc Dominos Aſſeſſores Cameræ Imperialis ſequi teſtatur) cent. 4. obſ. 60. n. 10. ibi, ſed quid ſi teſtes. & n. ſeq.*

3 Atque ita etiam Lipſenſes *Menſe Febr. Anno 1611.* ad conſultationem Nickel Neuberts reſponderunt, Habt jr vnd ewer Geſchwiſter ewers Vatern Bruder ab inteſtato geerbet/ ſich etliche Gleubiger/ vnd vnter denſelben auch M. S. angegeben vñ gerichtlichen belanget/ ewers Vatern brieff vnd ſiegel vorgelegt/ die jr auch vor richtig recognoſciret, vnd demnach euch die Zahlung

 durch

...h einen Abſchied aufferlezet worden / Ob nun gleich ſolcher Abſchied in krafft Rechtens erwachſet / vnd auch allbereit ein Hülffstermin zur Zahlung angeſetzet iſt / Dieweil aber jhr dennoch mit vielen lebendigen Zeugen zuerweiſen erbötig / dz ewer Vater gedachtem N. S. ein anſehnliches auff ſeine Forderung bezahlet / Jhr auch als Erben in probabili ignorantia geweſen / vnd von ſolchen Zeugen / ewerem vorgeben nach / nichts gewuſt / So weret jhr mit ſolchen Zeugen billich zuhören / vnd möchte euch der Abſchiedt nicht hinderlichen ſein. V. R. W.

Deciſio XLII.

Si quis receptâ ſyngraphâ vel quietatione creditori ſuo integrum debitum ſolvit, ſed quietationem vel amiſit, vel ſe habere ignoravit, â creditore iterum conventus, & condemnatus ſolvit, an reperta quietatione ſolutum repetere poſſit?

SVMMARIA.

1. *Si debitor ſemel ſolvit, quietationem accepit, & poſtea à creditore iterum conventus propter amiſſam quietationem condemnatur, an tunc reperta quietatione contra ſententiam audiatur.*
2. *Si ante ſecundam ſolutionem proteſtetur de quietantia amiſſa, tunc eâ inventâ auditur.*
3. *An propter quietantiam de novo repertam debitor pecuniam, quam iterum ſolvit, repetere & condicere poſſit. n. 4.*
5. *Solutum per ſententiam repetitur condictione ſine cauſa, quando cauſa ex quo fuit lata ſententia, reducitur ad non cauſam.*
6. *VVittenbergenſium affertur ſententia.*
7. *Reperta quietantia, ſi alia remedia deficiunt, datur debitori actio de dolo.*
8. *Fallit in herede & ſucceſſore.*

Eſt

1 Est quidē gravis controverſia inter interpretes, ſi quis Creditori ſuo receptâ ab ipſo ſyngrapha ſive quietantia ſolvit, deinde lapſu temporis creditor idem hoc debitum exigit, & debitor cum non poſſit obniti, quia fortè ignoraret, ſe habere quietantiam, vel illam non poſſet invenire, denuo condemnatur ad ſolvendum, ſed antequàm ſolvit, reperit quietationem, an tunc audiatur, & ſententia per ſyngrapham repertam reſcindi poſſit? De quo vide latè *Speculat.lib.2.part.3.tit.de execut.ſentent.§.poſtremo.6.n.7. Alex.(vbi affirmative tradit) Conſil.113.incip.viſo themate.n.8.verſ.vnde dicit. & ſeq. lib.5. Dec. Conſil.317.incip.viſis quā accuratiſſime.n.3.Conſil.375.incip. Iuridicam.n.1.Horat.Mondoſ.Rom. (ubi etiam affirmat, & communem dicit) in addit. ad Rom.d.Conſil 28.n.2.lit.B.ibi,hinc illud & ſeq.*

2 Communiter tamen in eo conveniunt, ſi debitor antè ſententiam proteſtetur, ſe habere quietantiam, ſed eam invenire non poſſe, quod tunc per eiuſmodi proteſtationem tutus ſit, & per quietationem ſententia reſcindatur. *Specul.d.tit. de execut.ſentent.§.poſtremo. 6 n.7.poſt med.verſ.cautè ergo facit. & ſeq.Mynſing.cent.4 obſ.60.n.2 ibi: unde ſi creditor. & ſeq.junct. n.4.ibi, tutius igitur fuerit & ſeq. Iaſ.in l.Imper.35.ff.de re iudic.n.7. ibi. & dicit. & ſeq. Paul.de Caſtr.ibid.n.2.ſub fin.verſ.oportet tamen de iſto.& n.3.ibi.& vide ad prædicta & ſeq. Capell. Tholoſ. quæſt.170.incip.ſi lata ſententia.n. 1.per tot.*

3 De eo magis diſceptari ſolet, ſi debitor denuò condemnatus ſolvit, & poſtea reperit quietantiam, an tunc ſolutum repetere poſſit? Dubium movet textus *in l.ſi fideiuſſor.29.§.in omnibus 5.ff.mand.* vbi verbis diſertis dicitur, ſi quis eam pecuniam, quam anteà ſemel ſolvit, po-

ſteà iterum condemnatus ſolvit, propter rei iudicatæ authoritatem repetere non poſſit, ſed creditor propter ſuam calliditatem crimine ſtellionatus tantum plectatur.

Sed quoniam hic textus loquatur de eo caſu, vbi quis exceptionem indebiti habuit, & cum effectu opponere potuit, ſed eam omiſit & neglexit, quod in caſu præſenti non eſt. *Bl. in l. ſi fullo. 2. ff. de condict. ſine cauſa. n. 1. verſ. & ſic non obſtat. & ſeq.*

4 Ideoque merito vnanimiter DD. tradunt, quod debitum ſolutum per condictionem ſine cauſa repetere poſſit. *Specul. lib. 2. part. 3. tit. de execut. ſentent. §. poſtremo. 6. n. 7. ſub fin. verſ. poſſet etiam dici. & ſeq. Bl. in d. l. ſi fullo. 2. ff. de condict. ſine cauſa. n. 1. ibi, nota quod ſolutum. & ſeq. & in d. l. ſi fideiuſſor. 26. §. in omnibus. 3. ff. eod. n. 1. verſ. tamen poteſt competere, & ibid. in addit. (ubi limitat) verſ. in gloſſa per condictionem indebiti. & ſeq. Paul. de Caſtr. in Conſil. 257. incip. in cauſa quæ vertitur. n. 3. ſub fin. verſ. ſed in iſto caſu. & n. ſeq. lib. 2. & in l. imperat. 35. ff. de re iudic. num. 3. verſ. etiam datur. ibi. Iaſ. eod. n. 12. verſ. facit quod notabiliter tenet & ſeq. Ioann. Andr. (ubi aliud remedium repetendi tradit) in addit. ad Specul. lib. 2. part. 2. tit. de inſtrument. edit. §. poſtquam. 3. n. 10. lit. E. verſ. debitor. in centum tunc facit, vſq; ad finem. Beuſt in l. admonendi. 31. ff. de jurejur. n. 11. & ſeqq. uſq; ad n. 46.* Tum per textum, *in l. ſi Sponſus. 5. §. ſi uxor. 7. in fi. ff. de donat. int. vir. & uxor.* Tum, quia per repertam quietationem reducitur ſententia ad non cauſam, cum ea lata fuit ex inſtrumento, quod nullum, & per ſolutionem factam, caſſatum fuit, *§. 1. Inſt. quib. mod. oblig. ſolvit.*

Solu-

f Solutum autem per ſententiam reperitur per conditionem ſine cauſa, ſi cauſa, ex qua fuit lata ſententia, reducitur ad non cauſam. *Bl. ind. l. ſi fullo. 2. n. 1. in pr. ff. de cond. ob. ne cauſa.*

6 Veluti etiam ita VVittenbergenſes ad conſultationem Peter Memadeus *Anno 1616.* reſpondiſſe experior.

Habt ihr ewerm geweſenen Creditori F. K. die 180. fl. damit ihr ihm verhafftet geweſen einmal vor 8. Jahren bezahlet / vnd eine Quittung deßwegen von ihm genommen / welche ihr aber verlegt / vnd ſo bald nicht finden konnen / dahero ihr von gedachtem F. K. anderwert in Anſpruch genommen / vnd ihn zubezahlen durch Hülffszwang angehalten worde / Wofern nun ewerm vorgeben nach ſichs alſo verhielte / vnd ihr die Quittung vber allen angewendten Fleiß nicht finden können / So weret ihr die nocheinmal außgezehlten 180. fl. neben den Zinſen von jhme wieder zufordern wolbefugt / V. R. W.

Quæ aſſertio vera eſt in ipſo creditore, qui in dolo fuit, & ſolutionem vel quietationem factã ſcivit, eò, quia ipſe ſolutionem accepit. *Iaſ. in d. l. Imper. 35. ff. de re iudic. n. 12. poſt. pr.*

7 In tantum, vt ſi alia remedia ceſſarent, debitori ad repetitionem ſoluti actio de dolo competat. *Angel. in l. ſi ſine. §. procurator. ff. rem ratam haberi. quem ſequitur Paul. de Caſtr. in d. l. Imper. 35. ff. de re iudic. n. 3. verſ. & vide quod notat. & ſeq.*

8 Si verò creditor non eſt in dolo, puta quia eſt heres, & non ipſi, ſed eius prædeceſſori fuit ſolutum, tunc debitori ſuccurritur per reſtitutionem in inte-

integrum ex clauſula illa generali, ſi qua mihi juſta cauſa videbitur. *l.1.§.ult.ff.ex quib. cau. major. Iaſ. in §. I. ſuper. 35.ff.de re iudic.n.12 verſ.ſi autem actor non fuit in dolo & ſeq. late Paul.de Caſtr.Conſil.257.incip.in cauſa quæ vertitur, ubi rationes affert,& contraria ſolvit n.1. & ſeqq.per tot.lib.2.Alex. Conſil.84.incip.in cauſa vertente.n.4.lib.1.& Conſil.69.incip. in cauſa & lite.n.4 ſub fin.verſ.unum tamen commemoro.& n.5.lib. 3.Tuſch.tom.7.verb.ſententia.concluſ.160.n.29.& ſeq.*

Deciſio XLIII.

Conventiò pœnalis in contractu emptionis venditionis propter pœnitentiam adiecta (vulgò Rewkauff*) an valeat?*

SVMMARIA.

1. *Quoad venditorem hæc conventio valet.*
2. *Venditor facultatem rei tradendi habens, ſi eam non tradit, tenetur ad intereſſe.*
3. *Venditor obligatur ad factum.*
4. *Obligatio venditoris non eſt meri facti, ſed mixtam cauſam, ſcil. facti, & traditionis continet.*
5. *Quoad emptorem, an hæc conventio valeat.*
6. *Emptor obligatur ad dandum.*
7. *In obligationibus dandi pœnæ adiectio cenſetur facta in fraudem uſurarum, & non valet. n.8. ubi limitatur.*
9. *Emptor & venditor ſunt correlata.*
10. *Contractus non debet claudicare.*
11. *Utriusq; contrahentis parem oportet eſſe conditionem.*
12. *VVittenbergenſium ſententia affertur.*
13. *VVittenbergenſium ſententia eſt ab ICtis Lipſenſibus, & à Iudicio curiali Lipſenſi, & ſupremo Parlamento Dreſdenſi confirmata.*

1 DE venditore, quod hæc conventio quoad illum valeat,

valeat, minus dubium eſt, propterea, quod aliàs ex diſpoſitione iuris venditor, ſi contractum ex procacia & temeritate quadam non ſervat, nec rem venditam tradere velit, ad Intereſſe teneatur *l. ſi traditio 4. C. de action. empt. & l. 1. & l. ſi iactum. 17 ff. eod. l. [illegible] C. de heredit. vel act. vend. 1. l. contractus. 17. C. de fide inſtrum. l. [illegible] 10 ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolvit: Cæſ[illegible]. de contr. [illegible] c. 9. concl. 4. num. 65. & ſeqq. Fachin. lib 2. controverſ. c. 20. Mynſ. [illegible] ita in Camera in cauſa Georgij Ͻauder / contra Theodoricum de Gemmingen / deciſum fuiſſe refert; cent. 1. obſ. 53. incip. venditor. n. 2. & ſeq. & n. 7.*

2 Præſertim ſi facultatem rei tradendæ non habet. *Iaſ. in l. ſtipulationes. 72. ff. de V. O. n. 31. Gl. in § pretium. verb. traditur. Inſt. de empt. Paul. de Caſtr. in l. ſi traditio. 4. C. de action. empt. n. 2. verſ. communis tamen opinio. & ſeq. uſq. ad fin. Matth. Coler. deciſ. 8. n. 3. & ſeq. part. 1.*

3 Ratio eſt, quia venditor obligatur ad factum, puta ad tradendum, & ad promittendum de evictione. *Paul. de Caſtr. in d. l. ſi traditio. 4. C. de action. empt. num. 2. verſ. ſed venditor. & ſeq.* In obligationibus autem facti, quis præciſè ad faciendum non tenetur, ſed ſuccedit obligatio ad Intereſſe. *Iaſ. in l. Stipulationes. 72. ff. de V. O. n. 22. poſt pr. verſ. ſecus in obligationibus faciendi. & ſeq. Alex. Conſil. 158 incip. in cauſâ & lite. 1. lib. 2. Socin. Conſil. 233 incip. in cauſâ domini. n. 6. lib. 2. latè Tuſch. tom. 5. verb. obligatio. concluſ. 43 n. 1. & ſeqq.*

4 Et licet vel maximè nonnulli tradant, quod hæc obligatio non ſit meri facti, ſed mixtam cauſam ſcilicet facti & traditionis contineat, *Iaſ. in d. l.*

ſtipulationes n. 72. ff. de V.O. num. 35. verſ. quia tales obligatio. Paul. de Castr. in d. l. ſi traditio C. de action. empt. num. 3. verſ. quando autem ad hoc ordinatur & ſeq. Gœd. de contr. ſtipul. c. 9. concl. 4. num. 63. ſub ſi. verſ. quia factum illud. & ſeq. Attamen hæc conventio cum non ſit contra bonos mores, nec contra reſcripta principum, meritò erit ſervanda, *l. 1. l. iuriſg. 7. §. is. & ſeq. ff. de pact. l. 1. ff. de conſtit. pecun.* Maximè cum venditor contractum non ſervans, præter hanc pœnam conventionalem teneatur etiam ad aliud intereſſe, *& infra deciſ. 48. dicitur.*

5 De emptore magis dubitari poteſt, propterea quod *Hartm. Piſtor. in ſuis obſer. practic. obſ. 8 incip. pœna adiecta. n. 5. ibi, ideoq; cum quidam. & num. 6.* in terminis tradit, quod eiuſmodi pœna adiectio in caſu, vbi emptor contractui non ſtaret, nec precium exolveret, tanquam in fraudem vſurarum facta non valeat, atque ita â Scabinis Lipſenſibus pronunciatum fuiſſe teſtetur.

6 Rationem aſſignat, quia emptor eſt obligatus ad dandum, puta precium, *Schneid. ad §. actionum. 28. tit. de action. & vendit. Inſt. de action. num. 7. in pr. Bl. in l. 1. ff. de action. empt. numer. 3. verſ. imo emptor cogitur. & ſeq.*

7 In obligationibus autem dandi pœnæ adiectio cenſetur facta in fraudem vſurarum, & ob id non valet. *l. Iulianus. §. idem Papinianus. ff. de action. empt. l. cum allegas. C. de vſur. Hartm. Piſtor. d. obſ. 8. num. 1. & ſeq. Iaſon in d. l. ſtipulationes. num. 72. ff. de V. O. num. 22 in pr. Angel. Conſil. 312. incip. prout patet. Alex. Conſil. 19. incip. quæritur*

ergo.

ergo num.17.verſ. & videtur prima. & ſeq. lib. 2. & Conſil. 4. incip. [illegible] num.8.ibi, & propterea. & ſeq. lib.4. & Conſil. 93.incip.repetitus. num.9.ibi. & attento quod iſta. lib.7. Ludovic. Roman.Conſ.510. incip. quoad primum. num. 13. verſ. primo casu dicendum. & ſeq. Raphael. Cuman. Conſil. 179. incip. facta fuit quædam. num.2. poſt pr. verſ. poſſet tamen probabiliter. & ſeq. Anchor. Conſil. 118. incip. apud antiquos. num.1.verſ. [illegible] ergo patet. & ſeq.

8 Verum cum prædicta theorica, quod ſcilicet adiectio pœnæ in obligationibus dandi cenſeatur facta in fraudem vſurarum, & non valeat, obtineat tantum in contractu mutui, & non etiam in alijs contractibus. *Alex.Conſil.76.incip.vi[illegible]s dubitationibus. num.21. in med. verſ. dummodo non ſimus. & ſeq. lib.5. Bl.conſil. 18.incip.notiſ.[illegible] est. n.7.verſ.contrarium est verum. lib.1. Ludovic. Rom.d.Conſil.510. n.13.ante med.verſ.aut non conſuevit fænerari. & ſeq.*

9 Emptor & venditor ſint correlativa, in quibus idem iudicium & eadem diſciplina obtinet, & quod ſtatuitur in uno, intelligatur etiam ſtatutum in alio. *l. veteres.19.ff. de action. empt. l. cum emptor. 5.ff. de reſcind. vendit. Everhard. in top. in loco à correlativis. 20. num. 10. & ſeq.*

10 Præſertim cum contractus non claudicare debeant, ſed inter partes æqualitas conſervari. *l. Iulianus. §. ſi quis à pupillo.ff.de action.empt.l. ſi cum dies.§. pen. ff. de recept. arbitr. Pruckm.Conſil.20.quæſt.1. n.4. vol.1, Cothm. conſil. 34. n. 340. & ſeq. lib.1.*

11 Et vtriusq; contrahentis conditionem parem eſſe deceat. *l.ult. ff.de accept. l. ſi meis. ff.de recept.arbitr. Ludov. Rom. conſil.192.incip. ſicuti in poteſtate. num.1.verſ. & vtriusq; contrahentis. & ſeq.*

12 Ideoque hæc conventio pœnalis, etiam quoad emptorem, meritò valet, veluti ita Pegaviæ in Præfectura Pflugiorum ex reſponſo ICtorum VVittenbergenſis, *in cauſa* Adam Denhardts / *curatorio nomine* ſeines Weibes vnd derſelben Miterben / *actorum ex una*, Zachariæ Kühnen *rei, ex altera parte, in iudicio contradictorio 15. Auguſt. An. 1612.* fuit pronunciatum. Daß Klegere das jenige ſo jhnen in deme am 26. Septemb. Anno 1610. gegebenen Abſchiedt zuerweiſen aufferleget / vnd ſie ſich angemaſſet zur Notturfft dargethan vnd erwieſen / Derentwegen Beklagter ſeines vorwendens vngeachtet / denſelben die geforderten 200. fl. Rewgeld zuerlegen vnd abzutragen pflichtig / V. R. W.

13 Quæ ſententia non ſolum in eadem præfecturâ ex reſponſo ICtor. Facultatis Lipſenſis *9. Januar. An. 1613.* per Leuterationem, Daß es eingewendter Leuterung vngeachtet / bey jüngſt geſprochenem Vrthel billich bleibe. V. R. W.

14 Sed etiam in ſecunda Inſtantia, in Iudicio curiali Lipſenſi, in termino Crucis *16. Septembr. An. 1615.* Daß in erſter Inſtantz wolgeſprochen / vnd vbel appelliret / Derwegen dieſe Sache an den vorigen Richter / mit erſtattung der Vncoſten / auff deſſelben Ermeſſigung / billich remittiret wird / Jnmaſſen wir ſie hiermit dahin remittiren vnd weiſen / V. R. W.

15 Item in ſupremo Parlamento Dreſdenſi *22. Auguſti Anno 1620.* confirmata, in effectum rei iudicatæ abijt.

Deciſio XLIV.

An Emptor invito venditore pœnali conventione uti, & ſolvendo mulctam pœnitentiæ (Rewkauff) à contractu reſilire poſſit?

SVM-

SVMMARIA

1. *Si emptor noluit ſtare contractui, nec ſolvit precium, tunc ſolvendo intereſſe liberatur.*
2. *Contraria opinio communior eſt.*
3. *Reſponſum Scabinorum Lipſenſium in caſu præſenti affertur.*
4. *Proviſio hominis tollit proviſionem legis, & n. 6.*

1 Dicit quidem *Gl. in l. 1. in gl. 1. magn. ſub fin. verſ. item an e contra emptor. ff. de action. empt.* quod emptor, ſi nolit ſtare contractui, nec precium ſolvere, poſſit ſolvendo intereſſe liberari etiam invito venditore.

2 Contrarium tamen tenent *Br. in l. 1. circ. fin. pr. & n. 11 ff. de actio. empt. Bl. eod. n. 3. verſ. in ea gloſſa. in fi. & ſeq. Paul. de Caſtr. eod. num. ult. verſ. in ultima quæſtione. Angel. in §. actiones. 28. Inſt. de action. n. 11. Iaſ. eod. n. 122. ante fin. Zaſ. ibid. num. 51. Schneid. eod. tit. de action. & vendit. num. 7. poſt princ.* qui vnanimiter tradunt, quod emptor contractum præciſè adimplere, preciumvè exſolvere teneatur, nec intereſſe ſolvendo liberetur: Vnde nonnulli, vt prædicta deciſio obtineret, & conventio eiuſmodi de pœna pœnitentiali (Rewkauff) etiam aliquid operaretur, exiſtimabant, eiuſmodi conventionem tùm demum locum habere, ſi venditor conſentiat, & emptorem intereſſe (Rewkauff) ſolventem admittat, non item ſi hac recuſet, & integrum precium exigat.

3 Contrarium tamen Scabini Lipſenſes *Anno 1611. ad requiſitionem* Georg Müller zu Pegaw / reſponderunt: Ob nun gleich ſonſten zu Recht verſehen / daß ein Keuffer den geſchloſſenen Kauff zuhalten ſchuldig / vnd ſich mit dem Intereſſe

davon nicht loß wircken kan / Dieweil aber in der [illegible] Kauffberedung ein gewiſſer Rewkauff geſetzt / vnd ſich die Contrahenten verglichen welch Theil den Kauff nicht halten würde / daß er dem andern mit 50. fl. zum Rewkauff ſoll verfallen ſein. So bleibets bey dieſer Vergleichung billich / vnd mag der Keuffer vber die 50 fl. Rewkauff / das gantze Kauffgeld außzuzahlen nicht gedrungen werden. V.R.W.

4 Propterea quod proviſio hominis tollat proviſionem legis. *l. ſi cauſam. 2. C. de exec. rei iudic. l. ſi vt certo. § ſi demum. 14. ff. commod. l. ſciendum. 1. § illud ſciendum. 10 ff. de ſeparat. Martin. Piſtor. lib. 1. quæſt. 47. n. 19. verſ. eſt enim regulare. Franc. de fideiuſſ. c. 2. num. 345. Nicol. Boer. deciſ. 332. n. 1. in med. verſ. ſecus eſt in alijs. Bl. in l. 2. C. de iur. emphyteut. n. 17. Iaſ. eod. num. 143. Nicol. Reuſn. de teſtam. part. 1. c. 2. n. 14. Coler. deciſ. 61. n. 9. & ſeq. part. 1. Menoch. de adipiſ. poſſeſ. remed. 3. n. 126. & ſeq.*

5 Et ſi proviſio & conventio hominis eſt contraria diſpoſitioni & proviſioni legis, tum merito a diſpoſitione iuris receſſum videtur, & ſolum proviſio hominis ſervanda eſt. *Bl. Conſil. 329. incip. caſus talis eſt. num. 1. ibi, quod per ſpecialem. & ſeq. & n. 6. lib. 1. & in l. in emphyteuticarijs, 2. in 2. lect. C. de iure emphyt. n. 27. verſ.*

Deciſio XLV.

Ad quod usq; tempus emptor & venditor hac conventione uti, & pœnam pœnitentiæ (Rewkauff) ſolvendo à contractu reſilire poſſint?

SVM-

SVMMARIA.

1. *Amiſſis arrhis quando quis impunè à contractu emptionis recedere poſſit? & n. 2.*
3. *Reſponſum ICtor. Lipſenſium ad caſum præſentem affertur.*
4. *In emptione venditione licet de merce & precio conventum ſit, dicitur adhuc res integra dummodo non fuerit proceſſum ad traditionem rei, & precij enumerationem.*
5. *Facultatem variandi & eligendi quis perdit, ſi res amplius non eſt integra.*

1 EſT quidem expediti iuris, quod amiſſione arrharum quis impunè à contractu emptionis venditionis recedere poſſit, *pri. ſub. fin. verſ. ita tamen. Inſt. de empt. vendit. l. contractus. 17. ſub fin. C. de fide inſtrum. Fachin. lib. 2. controverſ. c. 38. incip. venditione perfecta. per tot.* Sed quoniam hæc & ſimilia iura ſolummodo in præparatorijs & tractatibus emptionis venditionis obtineant. *d. l. contractus. 17. ſub fi. verſ. ſuper facienda emptione. C. de fide inſtrum. d. pr. verſ. donec enim aliquid deeſt. & verſ. adimplet contractum. Inſt. de empt. vendit.*

2 Non item in emptione venditione iam perfecta, & omnibus ſuis numeris & partibus abſoluta & conſummata, à quà amiſſis arrhis neuter invito altero reſilire & pœnitere poteſt, vti in ſpecie tradit *per l. 2. §. ſi v. partem. C. quando liceat ab empt. reced. Petr. Nicol. Mozz. tr. de contract. tit. de empt. vendit. rubr. de accidental. n. 11. ibi, ſed quaro quando. & ſeq. Matth. Weſemb. in comm. ff. de contrah. empt. (vbi ita in his terris obſervari teſtatur) n. 9. verſ. mihi tamen placet. & ſeq.*

3 Ideoque ICti inclytæ Facultatis iuridicæ Lipſienſis *Menſe Martio Anno 1620. ad Conſultationem Nicolai*

Beyer

Berſman *civis Grimmenſis*, recte reſponderunt, quod tamdiu hac electione vti, & ſolvendo pœnam hanc pœnitentialem a contractu emptionis venditionis recedere liceat, donec res adhuc eſt integra, puta, ſi partes quidem de precio & merce convenerunt, & ita contractus quoad conventionem tantum eſt perfectus, ſed ad finalem & plenariam perfectionem, puta ad traditionem rei, vel numerationem precij, vel partis ejus, vel ad apprehenſionem poſſeſſionis non eſt proceſſum, ſi enim contractus plene eſt perfectus, traditio, apprehenſio poſſeſſionis, vel numeratio precij ſubſecuta, tunc pœnitentiæ amplius locum non eſſe iudicarunt.

Zum andern / auff die andere vnd dritte Frage / Ob wol der von Starſchedel den mit euch vmb obgedachtes Hauß geſchloſſenen Contract vnd Kauff zuhalten / nicht wil ſchuldig ſein / weil ein gewiß Geld zum Rewkauff im Kauffe benent / ohne das auch keine gewißheit von Heinrich Tornamens Kindern Vormunden erlangen kan / Demnach aber / vnd dieweil durch den vollzogenen Kauffbrieff / die Verkauffung des Hauſes richtig jhme beliebet / vnd beſchloſſen / der von Starſchedel das Hauß / in dem er auch etwas daran gebeſſert / im Beſitz vnd Gewehr gehabt / vnd genommen / der Geſchwiſter Miterben / darunter auch Tornamens Kinder Vormunde zubefinden / ſich jhres Rechtens zuverzeihen / erbotten / vnd thun wollen / der Rewkauff auch dieſem richtigen geſchloſſenen Kauff nichts angehet / So iſt auch der von Starſchedel / alles ſeines Vorwendens vngeachtet, den Contract vnd Kauff zuhalten / vnd das Kauffgeld neben dem Intereſſe zuerlegen vnd zubezahlen ſchuldig / In verbleibung deſſen / wird er darzu durch gebührliche Mittel angehalten / V.R.W.

4 Pro quarum deciſione præter rationem ſuprà *n.2.* traditam, facit etiam quod emptio venditio, licet de merce & precio fuerit conventum, dicatur adhuc res integra, dummodo non fuerit proceſſum ad traditionem rei, vel precij numerationem, ſecus ſi hæc acceſſerunt: tunc enim ad ultimam & finalem perfectionem perventum eſſe cenſetur. *Matth. de Afflict. tr. de iure protomiſ. §. tota hæc lex. n. 29. verſ. quia quando non eſt proceſſum. & §. ut intrà 30. dies. n. 7. ibi, triplex enim eſt. & ſeq. Specul. lib. 4. part. 3. tit. de emphyteuſi: §. nunc aliqua n. 118. verſ. quia verbum vendere. & ſequent. Iaſon. in l. ſi cui legetur. 49. ff. de legat. 1. n. 16 poſt pr. verſ. à quo tempore incipit.*

5 Sed ita eſt, licet quis liberam facultatem variandi & eligendi habeat, hanc tamen perdit, ſi res amplius non eſt integra. *Pariſ. conſil. 77. incip. in cauſa iſta. n. 1. 2. 3. & ſeqq. vol. 4. Ludov. Rom. conſil. 192 incip ſicuti. n. 1. ſub fin. verſ. quamobrem ſequitur. & ſeq. Cravett. conſil. 74. incip. Michael Matthai. n. 8.*

Deciſio XLVI.

An præter pœnam hanc conventionalem (Rewkauff) is, qui contractum non ſervat & adimplet, teneatur etiam ad intereſſe?

SVMMARIA.

1. *Affirmativè deciditur.*
2. *Si quis à perfecto contractu emptionis venditionis reſilit, tunc præter arrhæ amiſſionem, tenetur etiam ad intereſſe.*

3. *Ultra arrham poſſit etiam ab eo, qui contractum ... , ejuſmodi pœna exigi.*

4. *Si pœna & Intereſſe ex diverſis cauſis & fontibus debentur, tunc utrumq; peti poteſt.*

5. *Proviſio hominis ex alio fundamento proficiſcens, non tollit proviſionem legis.*

6. *In contractibus bonæ f. pœna non novat obligationem.*

7. *Reſponſa ICtor. & Scabinor. Lipſienſium afferuntur & n. 8.*

1 QVod aſſirmatur, tum quia communis eſt DD. concluſio, ſi poſt perfectum, & omnibus ſuis partibus abſolutum emptionis venditionis contractum alteruter
2 recedit, quod ultra arrham etiam ad Intereſſe teneatur. *Ioann. Andr. in addit. ad Specul. lib. 4. part. 3. tit. de empt. vendit. §. ſciendum. 1. n. 17. lit. H. poſt pr. verſ. an ultrà perditionem. Paul. de Caſtr. in l. 1. ff. de action. empt. n. 6. verſ. an una cum eo. & ſeq. Iaſon (ubi communem dicit) in addit. ad Port. in § 1. Inſt. de empt. vendit. Petr. Nicol. Mor. tr. de contract. (ubi etiam communem dicit,) tit. de empt. vendit. rubr de accidental. n. 11. ſub. fin. verſ. ſed pars quæ recedit.*

3 Tum, quia videmus, quod ultrà arrham etiam ejusmodi pœna exigi poſſit. *Specul. lib. 4. part. 3. tit. de empt. vendit. §. ſciendum. 1. n. 17. verſ. ſed dic utrumq;. & ſeq. Alex. in l. ſciendum. 22. ff. ſolut. matrim. n. 3. ibi, & iſta faciunt ad quæſtionem. & ſeq.*

4 Tum, quia quando pœna & Intereſſe ex diverſis cauſis & fontibus debentur, tunc utrumq; peti poteſt. *Specul lib. 2. part. 3 tit. de fructib. & Interpp. §. viſo de ... n. 6. n. 3. ſub fin. & n. 4. & lib. 4. part. 3. d. tit. de emp. vendit. § 1. n. 17. poſt pr. Ludovic. Rom. conſil. 510. n. 19. verſ. ſi autem ...* Quoniam tunc obligatio ad Intereſſe non novatur per promiſſionem ad pœnam. *Alex. conſil. 66. incip. in cauſa ... n. 11. verſ. ex ſecunda promiſſione. lib. 7.*

Tum,

5 Tum, quia proviſio hominis ex alio fundamento proficiſcens, non tollit proviſionem legis ex alio fundamento venientem. *Bl. in l. certi juris. 5. C. locat. quæſt. 10. n. 17. verſ. ſed ubi ex diverſo fonte. Neguzant. de pign. memb. 4. p. 2. pr. n. 138. verſ. quartò amplia dictam. Iaſon in l. item quia 4. ff. de pact. n. 3. Schneid. in § item ſerviana. 7. Inſtit. de action. n. 35. verſ. ſecus quando non. Ioan. Fab. ibid. n. 3. ibi, ſed quid ſi, & ſeq. Menoch. lib. 4. præſumpt. 190. num. 40. 41. & ſeq* Quod in caſu præſenti contingit, ſiquidem pœna & proviſio hominis ex conventione partium. *Specul. lib. 4. part. 3. tit. de empt. vendit. §. 1 n. 17. verſ. pœna vero propter & ſeq.* Intereſſe verò & proviſio legis ex diſpoſitione juris & natura contractus debetur, & venit. Tum, quia contractus emptionis venditionis eſt bonæ f. *§. actionum. 28. Inſtit. de action.*

6 In contractibus autem bonæ f. pœna non novat obligationem ad intereſſe, ſed utrunque debetur *Pr. & DD. in l. ita ſtipulatus. ff. de V. O. Iaſ. eod. n. 19. verſ. aut præcedit obligatio. & ſeq. Tuſch. tom. 6. verb pœna. concluſ. 246. n. 6. Petr. de Beninten d. deciſ. 16. incip. judicatum fuit. n. 6.*

7 Atque ita etiam ICti Lipſenſes *Menſe Martio, Anno 1620. in alia cauſa pronunciarunt ad conſultationem Nicolai* Berſiman/ *civis Grimmenſis,* reſponderunt:

8 Idem etiam Scabini Lipſenſes *Menſe Iunio Anno 1620.* in alia cauſa pronunciarunt: Ob nun gleich der Keuffer G. B. euch den Rewkauff entrichtet / ſo iſt euch doch das Intereſſe vnnd Schaden / darin er euch durch ſein nichthalten geführet vff vorgehende liquidation bey jhm zu fordern vnbenommen / V. R. W.

Deciſio XLVII.

Emptor poſt perfectum contractum pœnitens, & pœnam conventionalem ſolvens, an domino etiam ad Laudemium teneatur?

SVMMARIA.

1. *Sententia Scabinorum Lipſenſium affertur.*
2. *Domino ſolvendum eſt Laudemium, ſi facta eſt venditio & poſteà re adhuc integra conſenſu partium diſſoluta. n. 3.*
4. *Laudemium ſolvi debet, ſi ſtatim poſt contractum & inſtrumentum factum partes iubent illud cancellari.*
5. *Decretum Præfecturæ Pflugiorum refertur.*
6. *Aliud reſponſum Scabinorum Lipſenſium affertur.*
7. *Laudemium debetur pro inſcriptione & receptione novi emphyteutæ.*
8. *Laudemium eſt odioſum, & in dubio ita decidere debemus, ne Laudemium debeatur.*
9. *Conſuetudine an induci poſſit, ut maius Laudemium, quàm quinquageſima exſolvatur.*
10. *ICtor. Lipſenſium ſententia affertur.*

1 AFfirmativè ad requiſitionem Günthers von Büne zu Wildenhein / *Menſe Ianuar. Anno 1617.* reſponderunt Scabini Lipſenſes, Hat ewer Unterthaner Zacharias Kühne / den 6. Julij Anno 96. Victus Regis Erben vnd dero Vormunden / jhr Väterlich Gut zu Zſchlegeſt vmb 3100. fl. abgekaufft / vnd es ſind zu beſtettigung ſolches Kauffes / von beyden theilen 200. fl. zum Rewkauff geſetzt worden / Inmaſſen denn der Keuffer ſelbſt mit vorlegung deß Kauffbrieffs, jhme das Gut zu leihen angeſuchet. Hat er nun den jme darzu angeſetzten termin nicht beſuchet, noch dem Kauff bißher folge gethan / vnd darzu verurſachet / daß obbenandte Erben / berürtes Gut 600. fl. wolfeiler / als er es angenommen / hinſchlagen vnd geben müſſen / So iſt er den Verkauffern die 200. fl. Rewkauff / ſo

wol

wel auch euch das gebreuchliche Lehngeldt zuentrichten ſchuldig/ V. R. W.

2 Hiſce motirationibus, quod domino Laudemium ſolvi debeat, ſi facta eſt venditio, & poſteà re adhuc integrâ conſenſu partium diſſoluta. *Amed. à Ponte. quæſt. Laudemium. 35 incip. inſuper. n. 1. & ſeq. Hart. Piſt. quæſt. 50. n. 13. & ſeq. lib. 1 Tiraq de retract. lignag. §. 1. gl 2. n. 41. & de retract. convent. §. 1. gl. 2. num. 11. ibi, ex ÿs autem, & num. 12.* Quoniam domino per contractum ſtatim eſt jus acquiſitum. *Amed. à Ponte. d. quæſt. 38. n. 1. verſ. nam ſtatim. & ſeq.* quod ei facto contrahentium ſubſecuto auferri non poteſt. *l. id quod noſtrum. ubi Cagnol. n. 5. ff. de R. I. Felin. in c. vergentis 10. extr. de heretic. n. 2 poſt med. verſ. quia ius ſibi quæſitum. & ſeq. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gl. ib. n. 57.*

3 Et hoc uſque adeò procedit, & domino ſive eo inſcio, ſive ignorante, partes à contractu diſceſſerint, eumque nec judicialiter, nec extra judicialiter pro conſenſu ſuo impertiendo interpellaverint, laudemium ſolvendum eſſe dicit. *Amed. à Ponte. d. quæſt. 38. n. 3. ibi, item limitatur: junct. n. 4. ibi, verum DD. indiſtinctè. & ſeq. Tiraq de retract. lignag d. §. 1. gl. 18. n. 56. & ſeq.*

4 Veluti etiam videmus, ſi ſtatim poſt contractum & inſtrumentum factum partes jubeant, illud cancellari, nihilominus laudemium ſolvi debet. *Angel. in l. petens. C. de pact. col. 4. quem ſequitur Felin in c. vergentis. [illegible] de hæretic. n. 2. ſub fin. verſ. ad idem quod notat. & ſeq.* Deniq; propter authoritatem, *Tiraq. de retract. lignag. § 1. gl. 2. n. 50. in fin. verſ. imò verò, & ſeq. Daniel Moller. ad conſt. [illegible] part. 2. conſt. 32. n. 7. Virgil. Pingitz. quæſt. 42. incip. [illegible] de duobus. n. 14. verſ. ſecundo hoc loco. & ſeq.* qui quodammodo in

T 3 tenui-

terminis dicunt, ſi partes conſenſerint & contraxerint, quod per hoc domino directo, dem Lehnherrn/ ſtatim jus eſt acquiſitum, quod ei pœnitendo, & a contractu reſiliendo non poſſunt auferre, quo minus ei laudemium ſolvere debeant, etiamſi traditio non fuerit ſecuta. Maximè ſi dominus directus, ut in caſu præſenti factum fuit, pro receptione fuit interpellatus. *Hartm. Piſtor. quæſt. 50. n. 13. lib. 1.*

Atq; juxta hanc ſententiam Pegaviæ in Præfectura Pflugiorum *26. May Anno 1617.* fuit decretum. Dieweil Beklagte nicht in Abrede ſeyn können/ auch deſſen in den von Adam Dechערten verführten Beweiß zur notturfft vberwieſen/ daß er den 6. Iulij Anno 1619. Dictus Regiſten Erben vnnd Vormunden jhr Väterlich Gut zu Zſchagaſt vmb 2100. fl. aberkaufft/ vnd dahero jhm auch die darauff geſetzte 200. fl. Rewkauff/ weil er den Kauff nicht gehalten in einem Vrthel/ den 15. Auguſti Anno 1612. eröffnet/ zuerkandt worden/ Als iſt Beklagtem/ ſeines vorwendens vngeachtet daß der Kauff nicht Gerichtlich verſchrieben/ ſondern nur von dem Pfarrherrn zu Michelmitz zu Papier gebracht/ aufferleget worden/ daß er ſich mit Klegers Herrn Principaln/ der verfallenen Lehnwahr halben/ auch abfinde/ oder in verbleibung deſſen/ jhme die Gerichtliche Hülffe angekündiget werden ſol. Quod decretum tamen per Leuterationem â viribus rei judicatæ fuit ſuſpenſum.

6 Contra verò in eadem cauſa ijdem Scabini Lipſenſes *Menſe Iulio Anno 1617.* negative, quod ſcilicet domino Laudemium non debeatur, pronunciarunt: Ob nun gleich bey angeſtelter theilung ewers Miterben/ auch bemeltes ewers Schwehers Gut/ beym Trunck vmb einen gewiſſen Kauff/ nemblich 2100. fl. bahr Geldt/ wegen ewers Weibes zukommen laſſen wollen/ ſolchen Kauff auch durch ewren Pfarrherrn zu Papier gebracht werden/ Da aber dennoch ſolcher Kauff niemals vollzo-

gen

ben / noch euch das Gut tradiret vnd aufgelaſſen worden, ſondern daſſelbe in geſambte Lehen von vorberürten Erben behalten / vnnd hernacher einem andern mit Nahmen Adam Dechertẽ / vmb 2500 fl. auff Tagzeiten verkaufft worden, So were ewer Lehnherr/ Günter von Büna zu W. von euch Lehnwahre zu fordern nicht befuget V.R.W.

7 Tum, quod Laudemium debeatur pro inſcriptione & receptione novi emphyteutæ, *l.ult.ſub fin. verſ. & ne avaritia. C. de jure emphyt. ubi Iaſ. n. 23. verſ. ſecundo modo. Guid.Papa deciſ.101. incip. ſi quis rem. n.7. verſ. cum Laudemia de jure. & ſeq. Capell. Tholoſan.quæſt.274. incip. item ſi aliquis. n. 2. Coler. deciſ.33. num. 1. verſ. pro inſcriptione. & ſeq. p. 1.* Ceſſante autem inſcriptione, ceſſare debet Laudemij ſolutio. *Iaſon in d. l.ult. C. de jur. emphyt. n.32. verſ. ergò hac cauſa ceſſante. Hart. Piſtor. lib.1. quæſt.50.n.2. Guid. Papa. d. deciſ.101.n.8.ibi, quia ceſſante. & ſeq.* Tum, quod Laudemium non debeatur, niſi contractus plenè ſit perfectus, conſumatus, & omnibus ſuis numeris abſolutus. *Specul. lib. 4.part. 3. tit.de emphyteuſ.§.nunc aliqua 1. quæſt 95. num. 118. Hartm. Piſtor. d.quæſt.50.n.35. & ſeq.lib.1.* Sed antequam res tradatur, & reſignatio judicialis ſubſequatur, contractus emptionis venditionis non dicitur perfectus, & omnibus ſuis partibꝰ abſolutus, *ut ſupra deciſ.47.n.4.dixi.*

8 Tum, quia Laudemium eſt odioſum, & in dubio ita decidere debemus, ne Laudemium debeatur, *Br. in l. ſi pupillus.ff. ad l. Falcid. n.1. Aymon.Cravett. conſil.464.incip. magnificus dominus.n.7. Angel.conſil.9.incip.item quod.n.3.in med.*

9 In tantum, ut *Raphael Fulgoſ.conſil.6.incip.quidam emphyteuta.n.2.verſ.quinimo poſſet fortiter.& ſeq.* aſſerere non erubeſcat, nec conſuetudine judici poſſe, ut majus Laudemium quinquageſima parte precij debeatur,

Tum,

Tum, quia ſi quis alicui rem vendit, & per precarium, vel retentionem uſusfructus, vel alium modum legalem in emptorem poſſeſſionem transfert, tamen ex ejuſmodi fictâ traditione dominus directus ab emptore nō poteſt petere laudemium, antequam emptor realem poſſeſſionem rei ſibi venditæ accipiat. *Guid. Papa. d. deciſ. 101. incip. ſi quis rem (ubi ita in curia Delphinali ſervari teſtatur) n. 7. ibi, ſed juxta hæc quæro. n. 8. & n. ſeq. usq. ad fin.*

Et ſecundum hæc etiam reformatis duobus prioribus reſponſis & decretis Pegaviæ in præfectura Pflugiorum ex reſponſo inclytæ facultatis juridicæ Lipſenſis, quæ in hac cauſa loco arbitri eligebatur, in judicio contradictorio *30. Ianuar. Anno 1618.* fuit judicatum. Nunmehr aus den Acten ſo viel zu befinden / das Beklagter Leuterant, mit der begehrten Lehnwahr billich zu verſchonen / vnnd Kleger ſolche zu fördern nicht befugt / V. R. W.

Deciſio XLVIII.

Sacerdotes Evangelici an geradæ ſint capaces?

SVMMARIA.

1. *Clerici & Sacerdotes an & quatenus geradæ ſint capaces. n. 2. 3.*
4. *In locis reformatarum Eccleſiarum, an ſacerdotes ſint geradæ capaces*
5. *Ob quam cauſam gerada ſacerdotibus defertur.*
6. *Scabinorum Lipſenſium reſponſum.*
7. *Pater clericus in gerada, quam filia relinquit, non ſuccedit,*

8. S...

8. *Sacerdotes ad eam geradam, quam non mater, ſed vel alia cognata reliquit, capere non poſſunt.*
9. *Scabinorum Lipſenſium reſponſum.*

1 OLim quidem, ubi omnia adhuc ſub Romano Pontifice erant, omnis dubitationis expers erat, quod Sacerdotes & clerici geradæ non minus, quàm filiæ ſint capaces. *text. expr.* in LandtRecht. *lib. 1. art. 5. §.* Der Pfaff nimpt gleichen theil. *ubi gl. lat. ad text. ger. ſub lit. L. & gl. ordinar. ibid n. 7.* Weichb. *art. 57. ſub fin. verſ.* iſt er ein Pfaff / er nimpt die Gerade. *Rothſchütz tract. de dotalit. gerada & commeſtibil. art. 14. n. 13. (ubi declarat, qui clericorum appellatione continentur) n. 14. & ſeqq.*

2 Dummodo non ſit beneficiatus, nec præbendam habeat. *Gl. lat. ad text. germ.* Landtr. *lib. 1. d. art. 5. lit. L. verſ. & circa hoc. & ſeq. Rothſchütz d. art. 14. (ubi limitat) n. 20. & n. 21.*

3 Et matrimonium non contraxerit. *Gl. latin. ad text. german.* Landtr. *d. art. 5. lit. L. ſub fin. verſ. ſimiliter licet ita. & ſeq. Rothſchutz d. art. 14. n. 19.*

4 Sed cum hodie reformatarum Eccleſiarum Clerici & Sacerdotes utplurimum ſint beneficiati, & uxores ducere ſoleant, dubitari poteſt, an & illi geradam
5 acquirere poſſint? Verum enimverò cum repurgatio verbi DEI nemini nocere, nec jus alicui quæſitum auferre debeat, geradaq; ob duplicem rationem Sacerdotibus & Clericis conferatur; Primò in præmium precationum, quoniam illi ſemper DEO pro nobis ſupplicant, & totus mundus eorum precibus fruitur. *Novell. 6. in princ. gl. ordin. in* Landtr. *lib. 1. art. 5. n. 7. verſ.* welches geſchicht / *& lib. 2. art. 27. n. 5.*

Deinde quia rerum, expeditoriarum non ſunt capaces. *Gl. lat. ad text. Germ.* Landr. *lib. 1. art. 5. lit. b. And. Coll. tract. de gerada. tit. de ſpeciebus quas uxor geradam capiens. n. 13.*

6 Vtraq; autem ratio in miniſtris Eccleſiarum reformatarum locum habet. Ideoq; Scabini Lipſienſes *Anno 1616. ad requiſitionẽ M. Iohannis Schammely Diaconi* zu Rethaw/ recte reſponderunt, quod illi geradam percipere poſſint. Iſt ewer Mutter Margaretha, Martini Schammelij, Pfarrers zu Kryppa Eheweib vnlängſt mit Tode abgangen/ vnnd hat eine Tochter auch Margaretha genandt, anjetzo Wolff Günthers/ Bürgers zu Lützen Haußfraw / an einem / Vnd euch jhren Sohn am andern Theil/ beneben etlichen Geradeſtücken nach ſich verlaſſen nach mehrer inhalts ewer Fragen/ So hat ſich ſolche auff bemelte jhre Tochter vnd euch, der jhr ein Prieſter / vnnd jetziger Zeit Pfarrer zu Rethaw ſeyd zu gleich gebracht vnd verfellet / vnnd vorerwehntes Wolff Günthers Eheweib ewer Schweſter iſt ſich derſelben aus der in ewer Frage angefürten Vrſachen alleine anzumaſſen nicht befugt V. R. W.

7 Quod tamen procedit duntaxat in gerada materna, non item in ea, quam filia relinquit, ad eam enim pater non admittitur, etiamſi clericus fuerit, veluti ita â Scabinis Lipſenſibus pronunciatum fuiſſe, teſtatur. *Hartm. Piſtor. obſer. 172. incip. quamvis clericus. n. 3. & ſeq.*

8 Deinde non procedit in gerada, quam ſoror, aut alia proxima cognata relinquit, eam enim ſacerdos capere etiam non poteſt, *Gl. latin. ad text. germ.* Landtr. *lib. 1. art. 5. lit. H ibi clericus tantum.*

Ratio eſt, quia jus Saxonicum in Landtr. *lib. 1. art. 5. §.* Der Pfaff nimpt/ loquitur tantum de gerada matris, ad

filiarum

filiarum, ſororum, & aliarum collateralium igitur geradam extendi nequit, quoniam jus Saxonicum eſt ſtatutarium, & ſtrictiſſimè accipiendum & non extendendum. *Oldrad. conſil. 150. incip. in Eccleſia n. 3. & ſeq. Bl. conſil. 37. incip. praemittendum eſt. n. 8. lib. 5. Tiraq. in l. ſi unquam 8. C. de revocand. donat. verb. libertis. n. 2. Hartm. Piſtor d. obſer. 172. n. 5.*

9 Veluti etiam ita Scabini Lipſenſes *Menſe Febr. Anno 1617.* pronunciarunt.

Ob nun wol nach Sächſiſchem Recht ein Prieſter der Gerade fehig iſt/ Dieweil aber ſolche Verordnung nur von der Mutter meldet vnd auff die Schweſter vnnd ander ſeitwarts Verwandte nicht zu extendiren, So habt jhr euch ewer Schweſter Gerade nicht anzumaſſen/ V. R. W.

Deciſio XLIX.

Vaſallo de bonis feudalibus & allodialibus ſimul teſtante, an teſtamentum in totum, etiam quoad bona allodialia, invalidum ſit?

SUMMARIA.

1. *Vaſallus de bonis feudalibus teſtari non poteſt.*
2. *Si vaſallus de bonis feudalibus & allodialibus ſimul teſtatur, an teſtamentum in totum corruat, an verò ſaltem quoad feudalia.*

3. *Nemo pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus decedere poteſt.* [illegible]
4. *Actus teſtandi eſt individuus, & pro parte fieri non poteſt.* [illegible]
6. *Sabinorum Lipſienſium ſententia.*

1 JVri indubitati eſt, quod Vaſallus de feudo teſtari non poſſit. *text. in c. un. tit. de Succeſſ. feud. c. un. §. [illegible] tit. qual. alien. feud. amitt. c. un. tit. de prohib. feud. alien. per Frider. Curt. Iun. de feud. part. 4. n. 125. Schrad. de feud. part. 7. c. 2. n. 1. & ſeqq. Roſenth. tract. eod. c. 7. concluſ. 3. Mozz. de ſubſtantia feudi n. 78. Sonsb. de feud. part. 12. n. 85. & ſeq. Purſat. conſil. 40. n. 5. lib. 1. Iaſon in l. de quibus. 32. ff. de legibus n. 65. & in l. qui ſe patris. C. unde liber. n. 51. Pariſ. conſil. 7. n. 13. vol. 1. Socin. Iun. conſil. 72. n. 17. & ſeq. & conſil. 74. n. 12. vol. 1. Vultr. de feud. lib. 1. c. 9. n. 70. & ſeq. Roland. à Vall. conſil. 71. n. 8. & ſeq. Corn. conſil. 165. n. 11. lib. 2. Deci. conſil. 468. n. 11. lib. 2. Borch. de feud. c. 7. part. 2. n. 3. Martin. Laudenſ. in c. un. tit. de his qui feud. dare poſſ. n. 5.*

2 Vnde dubitatur, ſi quis de bonis feudalibus & allodialibus conjunctim teſtetur, an teſtamentum in totum corruat, & etiam quoad allodialia non valeat?
3 Rationem dubitandi præbet vulgaris illa theorica, quod nemo pro parte teſtatus & parte inteſtatus decedere poſſit. *l. jus noſtrum. 7. ff. de R. I. Bologn. in l. re conjunct. 89. ff. de legat. 3. n. 245. Duar. l. 1. de jur. acceſſ. c. 2. Gomez. lib. 1. var. reſolut. c. 10. n. 8. Ludov. Roman. conſil. 49. incip. inſpectis, n. 3. verſ. an contingat quem. & ſeq.*

4 Cum actus teſtandi ſit individuus, & pro parte fieri non poſſit. *Gomez. d. c. 10. n. 8. Danth. de teſtam. n. 55. verſ. actus ergo ſeq. Iaſon in l. cum duobus. C. de offic. teſtam. n. 1. verſ. [illegible] quid & ſeq. & in l. re conjunct. ff. de legat. 3. n. 170. & in l. furioſum. C. qui teſtament. facer. poſſ. n. 11. ibi, item [illegible].*

Se-

5 Sed quoniam illa theorica præter fallentias quas copioſè tradit *Socin. regul. 495. Iohann. Dauth. tract. de teſtam n. 16. & ſeqq. Tuſch. tom. 8. verb. teſtatus. concl. 96. num. 1. & ſeq.* requirit etiam, ut bona ſint ejus naturæ, ut de ijs recte teſtari liceat *§. non ſolum. 4. verſ. ſed ſi talis. inſtit. de legat. l. cum ſervus 39. §. ult. ff. de legat.*

Ideoque *Bl. in conſil. 275. incip. quod pro regula num. 1. verſ. & ſi vaſallus ſimul. & ſeq. lib. 2. & in conſil. 192. incip. fratres cum fratrum. n. 1. verſ. nec valet. junct. n. 2. in fin. verſ. in alijs autem bonis. lib. 3.* rectè contrarium decidit, & tradit, quod teſtamentum in bonis allodialibus valeat, licet in feuda-
6 libus non ſubſiſtat. Veluti ita etiam Scabini Lipſenſes *Menſe Auguſto Anno 1612. ad conſultationem* H. von B. reſponderunt:

Ob nun gleich nach verordnung der Rechte niemand pro parte teſtatus, vnd pro parte inteſtatus verſterben mag.

Dieweil aber dennoch man von den Lehngütern ihrer Natur nach nicht teſtiren, noch teſtamenta machen kan So bleibet das Teſtament, ſo viel die Erbgüter betrifft / nicht vnbillich in ſeinen Krefften / V. R. W.

Deciſio L.

Reprobatorij reprobatoriorum quatenus admittantur, & actor contra reprobationem rei novos articulos exhibere poſſit.

SVMMARIA.

1. Iure communi actor poteſt reprobationibus contra reprobationem rei uti, n. 2. 3.

4. *Poſt publicationem atteſtationum, an reprobatorij reprobatoriorum admittantur. n. 5. 6.*
7. *Quomodo reprobatorij reprobatoriorum admittantur. n. 8. 9.*
10. *Si ſtatuto certus terminus probatorius eſt indultus, an reprobatorij reprobatoriorum admittantur. n. 15.*
11. *Actoris replicantis partes favorabiliores eſſe ſolent, quam rei excipientis.*
12. *Actori perinde ac reo permiſſum eſt diverſis & contrarijs replicationibus uti. n. 13.*
14. *Replicationes nihil aliud ſunt, quam Exceptiones actoris.*
16. *In foro Saxonico certum tempus probatorium eſt præfinitum.*
17. *Hoc tempore elapſo quis amplius non auditur.*
18. *Tempus probatorium eſt peremptorium.*
19. *Statuto, ſi certus terminus probatorius eſt præfixus, tunc perinde habetur, ac ſi in cauſa concluſum, & atteſtata publicata eſſent.*
20. *Si ſtatuto certus terminus eſt præfixus, tunc eo elapſo non datur reparatio. 21. 22. 23.*
24. *Beneficio l. per hanc, 4. quatenus in ſecunda inſtantia novas probationes deducere liceat.*
25. *Supremi Parlamenti Dreſdenſis ſententia.*
26. *Quæ per leuterationem confirmatur.*

1 DE Iure communi quidem, præſertim canonico, expeditum eſt, ſi ex reprobationibus rei apparet, aliquid novi in illis eſſe deductum, ſuper quo actor antea auditus non fuit, quod tunc actor contra reprobationes rei alijs reprobatorialibus uti, & novos articulos exhiberi poſſit, *per text. ibi. licet dilectus, 49. extr. de teſtibus & atteſt. Specul. lib. 1. part. 4. tit. de teſte. § ſæpè teſtes. 10. n. 3. Rothſchutz in ſuo proceſſ. part. 1. art. 20. n. 2. & ſeq. Mynſing. in d. c. licet dilectus. 49. extr. de teſt. & atteſt. n. 1. Felin. in c. ex tenore 35. extr. eod. (ubi rationem affert.) n. 4. verſ. in eadem gloſſa prope finem. & ſeq.*

Et

2 Et quamvis *Ioann. Andr. in d. c. licet dilectus. 49. extr. de teſt. & atteſt. in ult. colum. & in addit. ad Specul. lib. 1. part. 4. tit. de teſte. d. §. ſæpe teſtes. 10. n. 5. lit. G. verſ. item an id. & ſeq. Paul. de Leaza. in c. teſtimonium. extr. de teſtib. & atteſt. n. 3. verſ. ſi nunquid licet.* velit, hoc ſolummodo procedere, ſi de reprobandis perſonis, non item de reprobandis dictis teſtium agatur, *per text. in d. c. licet dilectus.* 49. qui unice de reprobandis perſonis teſtium duntaxat tractare videtur.

3 Contrarium tamen verius eſt, & diſpoſitionem *d. c. licet dilectus. 49.* indiſtincte locum obtinere, ſive quis perſonas, ſive dicta priorum teſtium reprobare velit, contendit *Abb. Panorm. in d. c. licet dilectus. 49. extr. de teſtib. & atteſt. Felin. eod. n. 1. verſ. fallit primo. junct. verſ. ſed contrarium indiſtincte. Mynſing. ibid. n. 1. verſ. quamvis enim. & n. ſeq.*

Propterea, quod ratio in fine *d. c. licet dilectus 49.* adjecta utrumq; caſum comprehendat, licet in facti ipſius ſpecie adverſus perſonas tantum diſputatum fuerit.

4 Et licet etiam, *Specul. lib. 1. part. 4. d. tit. de teſte. §. 10. n. 1. v. & poſt. & num. 3. verſ. poſt publicationem. Mynſing. in d. c. licet dilectus. 49. num. 1. in princ. Ioann. Campeg. tract. de teſtibus. reg. 268 incip. publicat. fall. 48. num. 49 Farinac. in ſua pract. lib. 3. tit. 8. quæſt. 75. n. 249.* velit, quod etiam poſt publicationem teſtimoniorum teſtes reprobatorij admittantur.

Cum-

5 Contrarium tamen placuit *Abbas Panormit. in c. fraternitatis. 17. extr. de teſt. & atteſtat. n. 3. ibi, opponendo alterius capiendo. Chil.* König *(ubi hoc ad practicam notandum eſſe dicit) in ſuo proceſ. c. 84. incip.* Es iſt zu mercken. *n. ult. ſub fin. verſ. ex quibus juribus. Rothſchutz in ſuo proceſ. part. 1. art. 20. n. 5. Anton. Hering. de fideiuſſor. c. 4. n. 51. Port. conſil. 204. n. 7.*

6 Niſi quis ante examinationem teſtium, & publicationem eorundem atteſtationum proteſtatus fuerit, ſe poſt publicationem tam contra perſonas, quam dicta teſtium reprobatorialibus uti velle. *Specul. lib. 1. part. 4. d. tit. de teſte §. 10. in princ. verſ. hac tamen diſtinctione ſervatâ. & n. 1. Rothſchutz in ſuo proceſ. part. 1. d. art. 20. n. 6. ibi,* Es behelt. *& ſeq.*

7 Ne tamen negotium in infinitum uſq; protrahatur, non niſi unica reprobatio reprobatoriorum eſt concedenda, & contra illam reo alia reprobatio danda non eſt. *text. in d. c. licet dilectus. 49. in fin. extr. de teſtib. & atteſt. Felin. eod. in princ. verſ. & computatur iſta. & n. 1. & in c. ex tenore. 35. extr. eod. n. 4. verſ. dicit tamen. Mynſing. in d. c. licet dilectus. 49. extr. eod. (ubi rationes affert) n. 2. verſ. porro ſicut hoc n. 3. & ſeq. Lanfranc. de Orian. in c. quoniam. extr. de probation. c. 8. de teſtibus. n. 48. ibi, adde præmiſſis. & ſeq. Spec. lib. 1. part. 4. d. tit. de teſte. §. 10. n. 5. verſ. ultra autem non licet. & ſeq.*

8 Niſi reus contra actoris reprobatorios reprobatoriorum inſtrumenta reproducere velit, tunc enim meritò auditur, quoniam prohibitus inducere alios teſtes, non prohibetur inſtrumenta proferre. *Felin.*

(ubi

[illegible] aſſera & contraria debeat) in d. c. licet dilectus. 49. [illegible] & atteſtat. n. 3. verſ. fallit tertio niſi. & verſ. ſeq. [illegible] eod. n. 3. ibi, quod autem ſupra.

9 Vel n[illegible]agatur de reprobatione inſtrumenti alicujus, eleganter *Fel. n. in d. c. licet dilectus. 49. n. 3. ibi. fallit 2. Minſ. ibid. n. 6. ibi, deinde ceſſat.*

10 Sed quid ſi ſtatuto, ut in foro Saxonico eſt certus terminus probatorius præfixus, an & tunc prædicta locum habeant, & actor contra reprobationem rei novos articulos exhibere, & ita reprobatorialibus uti poſſit?

11 Dicendum videtur quod ſic, quia actoris replicantis partes favorabiliores eſſe ſolent, quam rei excipientis. *Gl. in l. ult. C. de edend. verb. quod multum. Harem. Piſtor. quæſt. 23. incip. appellationis interpoſitæ. n. 39. verſ. actoris replicantis. part. 4.*

12 Vſq; adeo, ut eidem perinde, atque reo permiſſum ſit, diverſis atq; contrarijs replicationibus uti. *Br. in l. nemo. in fin. ff. de exception. & in l. ſi expreſſum. ff. de appellat. n. 5. Alciat. in l. ult. C. de edend. verſ. originem. Sebaſt. Medic. in tract. de compenſat. part. 2. quæſt. 30. n. 16. [illegible] Aſin. in praxi. judic. §. 16. n. 18.*

Et omnia ea, quæ de reorum exceptionibus dicta ſunt, obtinent etiam in actorùm replicationibus. *Harem. Piſtor. d. quæſt. 23. n. 39. verſ. ſequitur ergo. & ſeq. part. 4.*

Cum igitur actori contra reprobationes rei replicationibus uti permittatur. *L. 2. §. 1. & 5. ſeq. ff. de except. l. non exceptionibus. 10. C. eod.*

13 Neceſſario ſequitur etiam, quod eidem facultas

probandi, ſuas replicationes permitti debeat, quoniam ſi alicui aliquid permittitur, omnia etiam intelliguntur permiſſa, niſi quibus illud explicari & expediri non poteſt. *l. cui juriſdictio. 2. ff. de juriſdict. ubi* [illegible] *num. 2. ibi, nota ex iſt.1. & n. ſeqq. Bellerm. deciſ.* [illegible] *fin. verſ. quia qui mandat. & ſeq.* Præſertim cum replicationes nihil aliud ſunt, quam exceptiones actoris, *text. in l. 2. §. replicationes. 1 ff. de exception. l. exceptio. 2*[illegible]*. §. ult. ff. eod. l. 10. Cod. eod.* Quemadmodum igitur reus ad probandas ſuas exceptiones admittitur, ita æquum videtur, ut idem actori permittatur. *l. non debet. 41. ff. de R. I. c. non licet. 32. eod. in 6. l. quæ omnia 25. ff. de procur.*

14 Maximè cum textus *in d. c. cum dilectus. 49. extr. de teſtib. & atteſtat.* nullibi in univerſo jure Saxonico, vel conſtitutionibus Electoralibus corrigatur; Ergo ad hoc ſtare non prohibeatur. *l. ſancimus. 27. C. de teſtam. l. præcepimus. 32. in fin. C. de appellat.* quoniam jus Saxonicum tanquam ſtatutarium ita debemus interpretari, ut quam minimè jus commune lædat, aut corrigat. *l. ſi quando. 35. Cod. de inoffic. teſtament. Hartm. Piſtor. quæſt. 9. incip. ad damni. num. 13. num. 1*[illegible] *& ſeq. lib. 1. Alexand. conſil. 107. incip. perſpectis. n.* [illegible] *& ſeq. lib. 5. late Tuſch. tom. 7. verb. ſtatutum. concluſ.* [illegible] *n. 1. & ſeq.*

15 In contrarium facit, quod de jure communi ideo teſtes reprobatorij reprobatoriorum admittantur, quoniam de illo jure certus terminus probationibus præfixus

præfixus non eſt, ut in meis concluſionibus practic. *part. 1 concl. 18. n. 1. & ſeq.* dixi.

10 Et traditio poteſt videri precaria, non animo transferendi dominium. *Alex. conſil. 119. incip. ſine diſputatione. num. 2. verſ. & ſi traditio interveniſſet. & ſeq. vol. 4.*

11 Cum voluntas, quæ elicitur ex aliquo actu, eatenus tantùm præjudicat. Quatenus actus exercetur, & non ultra. *Pariſ. conſil. 79. incip. vidi præſentem. n. 12. vol. 3. Br. in l. 1. §. hoc interdicto. ff. de itin. actuq. privat. & in auth. quirem. C. de SS. Eccleſ. ſub fin. Surd. d. conſil. 52. n. 73. Natt. conſil. 77. incip. valde lætatus ſum. n. 13. ſub fin. verſ. ſeptimo facit. & n. 14. lib. 1.*

12 Nec movet ratio in contrarium adducta. Præterquam enim quòd contrarium expreſsè ſtatuit *Iaſon in conſil. 117. incip. in quæſtione. n. 1. & ſeqq. per tot. vol. 1. & in d. l. ſi ante nuptias. ff. ſolut. matrim. n. 3. ibi, nono facta eſt promiſſio. & ſeq. Alex. conſil. 119. n. 3. verſ. nec cuipiam aurum videatur. & ſeq. vol. 4. Carol. Ruin. conſil. 77. incip. de duobus. num. 9. verſ. & ideo ſi præcedente ſolum pacto. & ſeq. lib. 1.*

13 Illa etiam non eò tendit, quod ex pacto de vendendo ſecuta traditione rei & ſolutione precij, cauſetur & reſultet venditio perfecta, ſed quod ille, qui precium ſolvit, & rem accepit, ſolummodò lucretur fructus. *Surd. d. conſil. 52. num. 70. in med. verſ. primo quia non dicit. & num. ſeq. l. 1. Alex. d. conſil. 119. num. 3. poſt princ. vol. 4.*

14 Quos fructus tamen non ratione moræ, cùm venditor non fuerit in mora, nec ratione poſſeſſionis, quia emptor non poſſidet, nec ratione dominij, quia emptor non eſt dominus rei, ſed ſaltem ex quadam æquitate generali lucratur, ne venditor locupletur cum jacturâ emptoris, uti hiſce verbis formalibus admodum eleganter docet *Bl. in l. ſi traditio. 4. C. de action. emption.*

emption. in 11. quaſt. num. 19. verſ. ſed quæro ſi poſte· ſol. 18. & ſeq. quem yſdem verbis formalibus ſequitur Alex. conſil. 121. incip. viſo themate ſupra ſcripto. num. 2. ibi, ubi dicitur quod emptor. num. 3. & ſeq. vol. 4. Natta d. conſil. 384. n. 6. verſ. vult etiam hoc clare. & ſeq. lib. 2.

15 Atqui ita etiam ICti Iudicij Curialis VVittenbergenſis *Anno 1623.* ad requiſitionem Nickel Knawers Bürgers vnd Handelßmans zu Leiptzig reſponderunt:

Habt jhr Philip Landtgrafen zu Leiptzig eine promiſſion vnnd zuſage / de futura venditione am 31. Ianuar. Anno 1621. gethan / vnnd jhme ewer Hauß daſelbſt in der Katterſtraſſen / innerhalb einer halben Jahresfriſt / oder auch ehe / wenns jhme gefiele / zu verkauffen verſprochen / vnnd darauff von jhme etwas an Gelde entpfangen / vnd das Hauß eingereumet / nach mehrerm Jnhalt ewres Berichts. Ob nun wol ſolcher Gelder Eigenthumb in euch transferiret worden. Dennoch aber vnd dieweil traditio vnd vbereigung der Gelder / anderer geſtaldt nicht als bloß ſub ſpe futuræ venditionis promiſſæ, vnd alſo auff gewiſſe maß vnd bedingung geſchehen / So kan auch dardurch ein rechtmeſſiger beſtendiger KauffContract nicht induciret vnd eingeführet werden /

V. R. W.

in l. arbitrio. ult. ff. famil. erciſc. ubi diviſio etiam absque judice facta ob aliquam inæqualitatem reſcindi non poteſt, niſi ætatis auxilium intercedat. Deinde, per textum *in l. ſi major. 4. C. comm. divid.* ubi etiam dicitur, quod finitis vel diviſis ſtari debeat, nec diviſio reſcindatur, niſi alteruter minor fuerit.

2 Aliàs enim eſſet moleſtum, durum & grave dividentibus toties quoties pati diviſionem, & nunquam quis poſſet eſſe ſecurus & certus de dominio rerum ſuarum. *Zobel. part. 2. d. differ. 38. num. 4. verſ. aliàs eſſet moleſtum.*

3 Atqui ita etiam Scabini Lipſenſes *Menſe April. Anno 1622.* an Jacob vnd George Drewern/ Gebrüdern zu Leipzig/ reſponderunt:

Zum andern/ vnnd auff ewer andere Frage/ ſprechen Wir/ Iſt bey gehaltener Privattheilung/ nach dem die ins Erbe gehörige Heuſer vnnd Gärten/ von den Geſchwiſtern ſelbſt taxiret/ das Wohnhauß in der Stadt allhier gelegen/ mit allerhandt Haußrath/ ſo darinne verblieben/ außgenommen die Gerade/ ewerm Elteſten Bruder Abraham vmb 12000. fl. zugeſchlagen/ vnnd ihr mit ewerm Antheil an ihn verwieſen werden. So bleibet es darbey nochmals billich/ ihr köndtet denn wie Recht beweiſen vnnd darthun/ daß ihr zur zeit der Theilung/ vber der helffte des rechten Werths verkürtzet vnnd benachtheiliget worden/ auff ſolchen fall weret ihr *ex l. 2. C. de reſcind. vendit.* wieder ewre Coheredes Klage anzuſtellen wol befugt/ V. R. W.

4 Econtra, quòd diviſio inæqualiter facta, beneficio *d. l. majoribus. 3.* in melius reformetur, etiamſi læſio non ſit ultra dimidium, ſtatuit *Socin. Iun. conſil. 48. n. 40. & n. ſeq. Frider. Pruckm. conſil. 20 incip. quantum itaq. quæſt. 2.*

(*ubi amplìat.*) *n. 137. ibi, ultimò reſtat. & n. ſeq. vol. 1.* Per textum generalem *in l. majoribus. 3. C. commun. utriusque judic.* ubi generaliter nulla omnino de læſione ultra justi dimidium facta mentione dicitur, quòd perperam factis diviſionibus ſuccurratur, & quod inæqualiter factum eſt in melius reformetur. Ex cujus legis tenore clarè conſtat, ibi tantam læſionem ultra dimidiam non interveniſſe, ut rectè animadvertit *Arius Pinell. in l. 2. C. de reſcind. vendit. part. c. 1. n. 1. verſ. ex cujus legis tenore. & ſeq.* Et quamvis ibid. ſubjiciat, quòd *in d. l. majoribus 3.* verbis generalibus continetur, ex aliis juris partibus, puta *ex l. 2. C. de reſcind. vendit.* eſſe explicandum & ſupplendum, Ejus tamen aſſertio admittenda non eſt, cùm non ſolùm non fundetur *in d. l. majoribus. 3.* ſed etiam ex *l. Lucius. 38. ff. famil. erciſc.* manifeſtò refutetur, ubi dicitur, quòd circumſcripto in diviſione competat actio.

5 Ratio eſt, quia diviſio eſt quædam competatio, & ideo ſi eſt errata, ut quia non extat, vel minus extat, quam ſit datum & diviſum, meritò ad æqualitatem reduci & corrigi debet. *Socin. Iun. d. conſil. 48. n. 40. & ſeq. Tuſch. tom. 2. verb. diviſio. concluſ. 522. n. 4. per l. un. C. de error. calcul.*

6 Veluti ita etiam *Menſe April. Anno 1622.* ICti VVittenbergenſes ad requiſitionem Jacob vnnd George Drewern zu Leipzig pronunciarunt:

Auff ewer andere Frage erachten wir Rechtens ſeyn / Seynd bey gehaltener Theilung / die ins Erbe gehörige Heuſer vnd Gerten / von euch den Geſchwiſtern ſelbſten taxiret, das Wohnhauß cum tota

tota ſupellectile, ewerm elteſten Brudern Abraham vmb 12000. fl. zugeſchlagen, vnd jhr mit ewerer portion, vnd den andern mit-Erben an jhn verwieſen / Do jhr nun dardurch / wann ewer Bruder mit jetziger gänger vnd geber leichter Müntze / euch zu bezahlen befugt ſeyn ſolte, verkürtzet würden. So weret jhr / do gleich ſolche læſio nicht ultra dimidium, euch des beneficii *l. majoribus. 3. C. comm. utriusq. judicis* zugebrauchen / vnnd andere vnnd newe theilung zu ſuchen, wolbefugt / V. R. W.

Deciſio CXLVII.

An & quatenus quis in furore conſtitutus hereditatem paternam, vel extraneam, itemq; legata transmittere poſſit.

SVMMARIA.

1. *Furioſus hereditatem ante furorem ſibi delatam ad heredes transmittit.*
2. *Extraneam hereditatem furioſus non transmittit, ſi ei in furore conſtituto hereditas eſt delata. n. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. ubi ampliationes & limitationes.*
3. *Mater pro extranea perſona habetur.*
4. *Filius in furore conſtitutus an paternam hereditatem ad heredes transmittit n. 12. 13.*
14. *Affirmativa opinio verior eſt. n. 20.*
15. *Furioſus non ſuus heres legata transmittit.*
16. *Relatis varijs opinionibus gloſſæ vel Doctoris poſtrema pro vera habetur.*

19, Sabino-

(*ubi ampliat.*) *n. 137. ibi, ultimò reſtat. & n. ſeq. vol. 2.* Per textum generalem *in l. majoribus. 3. C. commun. utriusque judic.* ubi generaliter nulla omnino de læſione ultra juſti dimidium facta mentione dicitur, quòd perperam factis diviſionibus ſuccurratur, & quod inæqualiter factum eſt in melius reformetur. Ex cujus legis tenore clarè conſtat, ibi tantam læſionem ultra dimidiam non interveniſſe, ut rectè animadvertit *Arius Pinell. in l. 2. C. de reſcind. vendit. part. c. 1. n. 1. verſ. ex cujus legis tenore. & ſeq.* Et quamvis ibid. ſubjiciat, quòd *in d. l. majoribus 3.* verbis generalibus continetur, ex aliis juris partibus, puta *ex l. 2. C. de reſcind. vendit.* eſſe explicandum & ſupplendum. Ejus tamen aſſertio admittenda non eſt, cùm non ſolùm non fundetur *in d. l. majoribus. 3.* ſed etiam ex *l. Lucius. 38. ff. famil. erciſc.* manifeſtò refutetur, ubi dicitur, quòd circumſcripto in diviſione competat actio.

5 Ratio eſt, quia diviſio eſt quædam competatio, & ideo ſi eſt errata, ut quia non extat, vel minus extat, quam ſit datum & diviſum, meritò ad æqualitatem reduci & corrigi debet. *Socin. Iun. d. conſil. 48. n. 40. & ſeq. Tuſch. tom. 2. verb. diviſio. concluſ. 522. n. 4. per l. un. C. de error. calcul.*

6 Veluti ita etiam *Menſe April. Anno 1622.* ICti VVittenbergenſes ad requiſitionem Jacob vnnd George Drewern zu Leipzig pronunciarunt:

Auff ewer andere Frage erachten wir Rechtens ſeyn/ Seynd bey gehaltener Theilung/ die ins Erbe gehörige Heuſer vnd Gerten/ von euch den Geſchwiſtern ſelbſten taxiret, das Wohnhauß cum

tota

tota ſupellectile, ewerm eltiſten Brudern Abraham vmb 12000. fl. zugeſchlagen/ vnd jhr mit ewerer portion, vnd den andern mit-Erben an jhn verwieſen/ Do jhr nun dardurch/ wann ewer Bruder mit jetziger gänger vnd geber leichter Müntze / euch zu bezahlen befugt ſeyn ſolte/ verkürtzet würden. So weret jhr/ do gleich ſolche læſio nicht ultra dimidium, euch des beneficii *l. majoribus. 3. C. comm. utriusq. judicis* zugebrauchen/ vnnd andere vnnd newe theilung zu ſuchen/ wolbefugt. V.R.W.

Deciſio CXLVII.

An & quatenus quis in furore conſtitutus hereditatem paternam, vel extraneam, itemq́ legata transmittere poßit.

SVMMARIA.

1. *Furioſus hereditatem ante furorem ſibi delatam ad heredes transmittit.*
2. *Extraneam hereditatem furioſus non transmittit, ſi ei in furore conſtituto hereditas eſt delata. n. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. ubi ampliationes & limitationes.*
3. *Mater pro extranea perſona habetur.*
4. *Filius in furore conſtitutus an paternam hereditatem ad heredes transmittat n. 12. 13.*

14 *Affirmativa opinio verior eſt. n. 20.*

15. *Furioſus non ſuus heres legata tranſmittit.*

16. *Relatis varijs opinionibus gloſſæ vel Doctoris poſtrema pro vera habetur.*

19. Scabino-

19. *Scabinorum Lenerſium reſponſum refertur.*
21. *Ignorans ſuus ſit & neceſſarius heres, & transmittit hereditatem.*
22. *Non eſt medium inter mortem defuncti, & exiſtentiam ſui heredis.*
23. *Triplex eſt ſuitas.*

1 SI alicui ante furorem hereditas ſive paterna ſive extranea eſt delata, & is eam adijt, extra dubium eſt, quod eam ad ſuos heredes etiam extraneos transmittere poſſit.

Si verò quis jam eſt in furore conſtitutus, & ei hereditas defertur, diſtinguendum erit inter hereditatem extraneam & paternam.

2 Extraneam hereditatem nullo modo transmittit. *Gl. in l. 1. ff. de bonor. poſſeſſ. furioſ. infant. verb. accepit. verſ. item quaeritur. Bartolus eod. numero quarto. verſ. tamen ſive dicamus. & in lege ultima. §. ſin autem. C. de curat. furioſ. num. 1. verſ. non extraneorum. Bl. conſil. 212. incip. caſus talis eſt Titia habens. num. 1 verſ. aut non eſt ſuus. lib. 3. Iaſon in l. ſi infanti. C. de jure deliber. num. 8. ſub fin. & num. 9. & in l. infantis. C. qui admitti ab bonor. poſſeſſ poſſ. (ubi leges & rationem diverſitatis, cur aliud ſit in infante, & aliud in furioſo adducit) n. 2. & ſeq. & n. ult. verſ tertius eſt caſus. Cujac. in l. ſequitur. 4. § pupillus. 3. ff. de uſucap. & praeſcript. Petr. Gilken. tract eod. part. 3. c. 2 n. 7. n. 8. n 23. ſub fin. verſ. ſed an talis differentia. n. 24. & n. ſeq.*

3 Vnde cùm Mater pro perſonâ extraneâ habeatur, *Novell. de teſtamentis imperfectis. 107. c. 1. §. ſi tamen aut uxori. & ſeq.*

Filius in furore conſtitutus hereditatem Matris ſibi delatam, ad heredes non transmittit. *Bl. d. conſil. 212. incip. caſus talis eſt Titia habens. n. 1. & ſeqq. per tot. lib. 3.*

Adeò

4 Adeò ut nec heredibus ex perſona furioſi reſtitutio in integrum concedatur. *Bl. d. conſil. 21. num. 1. verſ. nec eſt aliqua lex in mundo. (ubi varias opiniones refert, & pulchras rationes affert) num. 2. & ſeq. uſque ad fin. lib. 3.*

5 Quæ aſſertio tamen fallit, ſi furioſus eſt rogatus de reſtituendo. *Br. in l. 1. ff. de bonor. poſſeß. furioſ. infanti mut. n. 4. verſ. ſed hos fallit in caſu.*

6 Vel habet ſubſtitutum exemplarem. *Br. & DD. comm. in l. ex facto. verſ. octavo. ff. de vulg. & pupill.*

7 Vel ſi ei eſt hereditas vel ſucceſſio mediatè per ſervum vel filium delata, tunc enim ſi ſervus vel filius furioſi mandato curatoris adit, ei perfectè furioſo acquirit hereditatem, adeò, ut iſto caſu eo mortuo transmittatur ad heredes furioſi. *l. Antiſtius. §. ult. in fin. ff. de acquir. heredit. Iaſon in l. infantis. 3. C. qui admitti ad bonor. poſſeß. poſ. num. ult. ſub fin. verſ. ſecundò limita ut procedat. uſq. ad fin.*

8 Item fallit in legatis. *l. ult. §. tali itaq. 7. verſ. vel legato vel fideicommiß. & §. ſin autem. 8. verſ. legatis autem proculdubio. C. de curator. furioſ.* Quoniam legata acquiruntur ipſo jure, non etiam hereditas. *Bl. in d. l. ult. §. tali. n. 1. verſ. ratio eſt. & ſeq. C. de curat. furioſ.*

9 Vel ſi habet curatorem, tunc poteſt etiam quidem hereditatem vel poſſeſſionem apprehendere. *l. 7. §. tali itaque. 7. C. de curat. furioſ. ubi Bl. num. 10. verſ. poteſt agnoſcere. Br. eod. §. ſin autem. 8. num. un. in princ.*

10 Furioſus autem in furore moriens, hereditatem

non transmittit, ſed ea defertur illis, qui defuncto tempore mortis fuerunt proximiores. *l. 1. ult. §. ſin autem. 8. C. de curat. furioſ. Bl. in l. ult. §. tali. 7. C. eod. n. 1. verſ. ſed ſi in furore. Jaſon in l. infantu. 3. C. qui admitti. ad bonor. poſſeſſ. n. 2. poſt princ.*

11 Paternam vero hereditatem an transmittere poſſit, major ſolet eſſe controverſia. Simpliciter enim negat *Gl. in l. 1. ff. de curat. furioſ. infanti. verb. accipere poteſt. & verb. ſcientibus. verſ. item quaeritur de ea. & in l. ult. §. tali itaq. 7. verb. accedat. verſ. ſed an ſic adeat. C. de curat. furioſ.* ubi dicit, filium furioſum in his ſuum heredem cenſeri, ne fructus percipiat, & curator ejus poſſit adminiſtrare ſine immixtione, nec habeat neneſsè petere bonorum poſſeſſionem nomine furioſi, non autem ut hereditatem transmittat. *l. ult. §. tali. C. de curat. furioſ.* Idem docet *Br. in d. l. 1. ff. de curat. furioſ. infanti muto ſurd. num. 4. verſ. tamen ſive dicamus. & ſeq.* hiſce verbis formalibus ſcribens, ſive dicamus (poſſeſſionem furioſo delatam eſſe) facti, ſive juris, ſemper eſt idem juris, quia donec eſt in furore, eſt bonorum poſſeſſor, ſed ſi in furore decedit, fingitur bonorum poſſeſſor non fuiſſe, & ad heredem non tranſmittit, *l. ult. §. ſin autem. in furore. 8. C. de curat. furioſ.*

Eandem opinionem etiam amplectitur *Salyc. in l. cum furioſus. 7. §. ſin autem ex alia. num. 1. verſ. & an moriens. & in §. tali itaq. n. 5. verſ. nota quod hereditatem. C. de curat. furioſ.*

Econtra

12 Econtra verò affirmat *Bl. conſil. 213. incip. caſus talis eſt Iitia habens. n. 1. verſ. aut eſt ſuus. lib. 3. & in l. cum furioſus. 7. §. ſin autem parentes. 2. n. 1. verſ. ſed tu dic. & in §. tali itaq;. 7. (ubi communem vocat) n. 1. verſ. nego ubi hereditas. C. de curat. furioſ. Iaſon in l. infantis. 3. C. qui admitti ad bonor. poſſeſſ. poſſ. n. 2. verſ. preclara tamen intelligentia textus. & ſeq. & n. ult. verſ. illud ultimum limita. Petr. Gilken. de præſcript. part. 3. c. 2. num. 25. poſt princ. verſ. illud ad ejus excuſationem. & ſeq.*

13 Aliter ſentit *Iaſon in l. ſi emancipata. 4. C. qui admitti ad bonor. poſſeſſ. poſſ. num. 6. ſub fin. verſ. dic melius quod illud procedit. & ſeq.* qui diſtinguit inter hereditatem de jure civili filio furioſo acquiſitam, & inter bonorum poſſeſsionem de jure prætorio ipſi delatam, ita ut filius furioſus paternam hereditatem non aditam vi ſuitatis ad heredes tranſmittat, non item bonorum poſſeſſionem.

Cujus diſtinctionem tamen rectè refutat *Petr. Gilken de præſcript. part. 3. c. 2. num. 25. poſt princ. & ſeq.* A quâ etiam recedit ipſemet *Iaſon in d. l. ſi emancipata. 4. n. 17. n. 18. & ſeq. per tot.*

14 Ideoq; ſecundam opinionem affirmativam veriorem putamus. *per text. expreſſ. in l. cùm furioſus 7. §. ſin autem perpetuo. 2. C. de curat. furioſ.* Quia effectus ſuitatis eſt, ut filius ſuus heres hereditatem Patris non aditam ad quoſcunque heredes transmittat. *Thad. Piſo lib. 6. var. reſolut. c. 1. num. 24. Bl. in l. apud hoſtes. 13. C. de ſuis & legitim. n. 3. Paul. de Caſtr. eod. n. 1.*

15 Deinde, quia furioſus etiam non ſuus heres, ſi in furore decedit, transmittat legata & fideicommiſſa. *l. cum furioſus. 7. §. ſin autem in furore. 8. verſ. legata autem proculdubio. C. de curat. furioſ.* Nullam aliam ob cauſam, quàm quod legata ipſo jure ei acquirantur, & rectâ transeant in dominium legatarij. *l. à Titio ſub fin. ff. de furt. Bl. in d. l. cum furioſus. 7. §. tali 7. n. un. verſ. ratio eſt. & ſeq.* Hæc autem ratio etiam obtinet in filiis ſuis, quibus ex natura ſuitatis hereditates ipſo jure acquiruntur. *l. in ſuis. 11. ff. de liber. & poſthum. l. hoſtes. 13. C. de ſuis. & legitim. heredit. Thad. Piſo. lib. 6. variar. reſolut. c. 1. n. 14. & ſeq.* Nec movet authoritas gloſſæ; Quamvis enim gloſſa communiter in contrarium allegari ſoleat; attamen in fine *d. l. cum furioſus ult. §. ſin autem parentes. verb. ſuus heres. verſ. ſed argumentum contra. C. de curat. furioſ. & in d. l. 1. ff. de bonor. poſſeſſ. furioſ. infant. verb. accepit. in fin. verſ. alij contra.* ponit aſſertionem affirmativam, unde merito locum ſibi vendicat illa theorica vulgaris, & communis,
16 quod relatis variis opinionibus, ultima cenſeatur gloſſæ vel Doctoris referentis approbata. *Br. in l. bonæ fides per illum text ff. de poſit. Bl. in auth. ex teſtamento. C. de collat. n. 10. ibi, ex quo ultimo. Henning. Gœd. conſil. ult. n. 213. Hartm. Piſtor quæſt. 24. n. 41. lib. 1. part. 1. Roſenth. de feud. c. 10. concluſ. 42. n. 39.* Et licet vel maximè gloſſa hanc opinionem pro vera & conſtanti poneret, uterentur tamen falſo fundamento, ſiquidem ſe fundat *in l. cum furioſus. 7. §. tali 7. C. de curat. furioſ.* ub. tamen non de hereditate Patris, ſed extranei dicitur, teſte *Bl. in conſil. 213. incip. caſus talis eſt Titius habens. n. 1. verſ. aut non eſt ſuus. lib. 3.* Quæ reſponſio

etiam

etiam ſufficit ad authoritatem *Br. & Salyc.* quia uterq; ſe etiam fundat *in d. l. cum furioſus. §. ſin autem in furore. 8. C. de curat. furioſ.* ubi etiam de hereditate extranea tantum dicitur.

18 Ideoq; tam gloſſa, quàm Bartolus debet intelligi ſecundum legem allegatam. *Br. in l. non ſolum. §. ſ liberationis. ff. de liberat. legat. n. 7. ſub fin. Iaſon in repet. l. admonendi. 31. ff. de jurejur. n. 276. & in l. cum filiusf. 114. ff. de legat. 1. n. 129. VVeſenb. conſil. 2. n. 4. & ſeq. Hartm. Piſtor. part. 1. quaſt. 30. n. 21. & ſeq. Fachs. differ. 46. Zobel. part. 1. differ. 19. n. 9. poſt princ. Everhard. in topic. in loco à ratione legis ad reſtrict. ipſius legis. 78. n. 3.*

19 Veluti ſecundùm hanc opinionem affirmativam etiam Scabini Lipſenſes *Menſe April. Anno 1622.* ad requiſitionem Georg von Starſchedels zu Steinich Wolmsdorff reſponderunt:

Unſer freundlich Dienſt zuvorn/ Geſtrenger unnd Veſter guter Freundt/ Als jhr uns auff dieſe Frage: Ob ein Furioſus, welcher bey tödtlichem abgang ſeines Vaters Sinnleß geweſen/ und hernach mit ſolchem Mangel die zeit ſeines Lebens verhafftet geblieben/ Seine Väterliche Erbſchafft dergeſtaldt an ſich bringe/ daß er dieſelbe uff ſeine nechſte Blutsverwandte Verſtamme unnd transmittire ? Unſern Rechtlichen Außſpruch/ mit inſerirung etlicher rationum dubitandi und decidendi gebeten. So iſt es zwart nicht ohne/ daß die gloſſa *in l. cum furioſus 7. & final. §. ſin autem. 2. ad verbum ſuus heres. C. de curat. furioſ.* der meinung/ Furioſum eſſe quidem ſuum heredem. *d. §. 2.* Sed nomine nec re, nec furioſo prædicari eũ ipſo jure eſſe ſuũ heredem, ideoq; furioſum non transmittere hereditatem. *Br.* quoq; *ad d. l. 7. §. Tali itaq. 7. fol. 191. col. 3.* inquit:

Hereditas furioſo delata, poteſt per procuratorem agnoſci, ſed ſi in furore deceſſerit, ad hæredes furioſi non tranſit. Für welcher meinung ſtreitet: Quòd furioſo propter animi vitium non defertur hereditas. *l.* . *§. furioſi 5. in princ. ff. de ſucceſſ. edict.*

Vnd wird in zweiffel gezogen / ob von einem Kinde einige Erbſchafft transmittiret werden könne. Propter *l. ſi infanti. 18. §. ſin verò. 3. C. de Iure deliber.* in verbis; Omnes hereditates ad infantem devolutas, & non agnitas, ita intelligi debere, quaſi ab initio non eſſent ad eum devolutæ. Et *l. ſive. 2. §. ſi quis. in princ. ff. ad SC. Trebell.* in verbis: Nec ſufficit mitti in poſſeſsionem, niſi natus quoque acceſſerit poſſeſsionem, ubi mater in hereditate potior eſt infante in poſſeſsionem miſſo, & decedente ante acceptam bonorum poſſeſsionem.

Hat es nun eine ſolche gelegenheit vmb die Infantes, So iſt es ebener maſſen mit den furioſis beſchaffen / In erwegung daß die Rechte den Infantibus mehr geneigt als den furioſis, Dieweil jene mit authoritet jhrer Vormunden zur poſſeſsion vnd uſucaption gelangen. *l. quamvis. 32. §. infans. ff. de acquir. poſſeſſ.* Darzu dieſe Curatore authore nicht gelangen können. *per l. furioſi. 4. ff. de R. I. Petr. Gilken de præſcript. p. 3. c. 2. num. 35. fol. 542.*

Welchen nicht zuwieder / daß Paulus *in l. 1. §. furioſus. 3. ff de acquir. poſſeſſ.* ſaget: Furioſus & pupillus ſine tutoris authoritate non poteſt incipere poſsidere tutore authore.

Welches gnugſam bezeuget die bald darauff folgende vnnd auff den pupillum alleine / vnd nicht zugleich furioſum gerichtet adverſativa. Sed pupillus tutore authore inciperet poſſidere. *Donel. lib. 5. commun. jur. c. 11. Cornel.* Renthal. *in trac-*

tar. controverſ. juris quæſt. quæſt. 29. Iudicium enim infantis ſuppletur authoritate tutoris, *d. §. infans.* Quia furioſo mens penitus adempta, *l. in negotiis. 5. ff. de R. I.* Infans mente non caret. *Cujac. ad l. 4. ff. de uſucap. fol. 114.*

20 Deſſen ungeachtet, iſt in caſu nobis propoſito, ubi furioſus ſuus heres, bey uns kein zweiffel / daß derſelbe ſeine Vätterliche Erbſchafft / uff ſeine nechſte Blutsfreunde devolvire unnd transmittire, propter *l. cum furioſus. 7. & fin. §. 2.* ita enim Imperator inquit: Cum ſuus heres exiſtat, ſuis parentibus nulla eſt dubitatio, quin paterna hereditas ad poſteritatem devolvatur. Ille furioſus ipſo jure heres eſt, nec nomine ſaltem, ſed etiam ipſa re, ſiquidem lex ipſum facit heredem.

21 Nam & ignorans ſuus fit & neceſſarius heres, & transmittit hereditatem, ſi interim decedit in furore, *Cujac. in recitationib. ſolennib. ad l. 1. & 2. ff. de bonor. poſſeſſ. furioſ. fol. 930. col. 2.* Quod ſuus heres etiam ignorans paternam hereditatem transmittat, jure ſuitatis, apparet ex *l. apud. 8. C. de ſuis & legitim.* Sui heredes fiunt etiam ignorantes, & licet furioſi ſint, heredes poſſunt exiſtere. *§. ſui autem. 3. inſt. de hered. quæ ab inteſt.* Ac heredes ſunt absq; ullo facto ſine aditione, geſtione, etiam ante apertum teſtamentum. *l. ſervus. 3. §. fin. ff. de hered. inſtit.* Idemq; eſt dies delationis & exiſtentiæ in ſuis heredibus. *Anton. Faber. lib. 13. de error. pragmat. err. 1.*

22 Nec eſt medium inter mortem defuncti, & exiſtentiam ſui heredis, cùm ſtatim ipſo jure continuetur dominium bonorum patris in filium etiam ignorantem. *Gomez. lib. variar. reſolut. c. 9. num. 17. fol. 99.* DD. triplicem ſuita-

ſuitatem conſtituunt pleniſſimam, quando filius ſe immiſcuit nec obtinuit, ſemiplenam, quando expreſſè abſtinuit in hoc poſtremo ſaltem caſu, non tranſmittit hereditatem, tradit *Angel. in pr. tract. ſuitat. Et Michael. Graſſ in lib. recept. ſentent. §. ſuitas quaſt. 3. & 9. fol. 425. & 427.* Daß alſo/ was jetzo von der transmiſſion jure ſuitatis angezogen/ ſolches auch vff die Kinder erſtrecket wird / welche nicht ſui heredes ſeyndt/ ut deſcendentes transmittant jure ſanguinis hereditatem patris vel matris, vel aliorum aſcendentium, etiam ignorantes eſſe delatam. propter *l. un. C. de his qui ante apertas tabul. Sichard. ad l. quoniam. 7. n. 5. C. de jure deliberand. fol. 851. Tiber. Decian. conſil. 46. incip. & prima facie. num. 148. verſ. & quanquam videatur. lib. 2.* Ohne Vnterſcheidt der Kinder/ ſo bey guter Vernunfft / vnnd der andern/ welche furioſi, propterea quod hereditatem, patris vel alicujus aſcendentis etiam furioſus tranſmittat, ſecundùm communem DD. opinionem. *Michael. Graſſ. lib. 2. receptar. ſentent. art. acquiſitio hereditatis. num. 17. fol. 63.* Vnde *Fr. Cagnol. in comm. ad §. 2. d. l. 7. & fin. C. de Curatore furioſi. fol. 380. d. §. 2.* interpretatur de furioſo, qui vivo quoq; patre ſui juris erat. Ideoq́; ait Iuſtinianus valde novũ jus *in d.* §. 2. cõſtituiſſe, ut & is, q̃ nõ eſt ſuus heres, cenſeatur ſuus heres: Edictalis bonorũ poſſeſſio furioſo non defertur. *d. l. 1. §. furioſi. 5. ff. de ſucceſſ.* Sed decretalis competit. *l. ſive 2. §. ſi quis. 11. in fin. ff. ad Sc. Tertyll. Cujac. ad l. 1. ff. de bonor. poſſeſſ. furioſ. fol. 930. col. 2.* Iuſtinianus autem facit hanc bonorum poſſeſſionem quaſi ordinariam & edictalem. *per d. l. fin. §. ſin autem. 3. Donell. ad l. pen. & ult. C. qui admitti in opuſculis poſthumis. pag. 47.* Es

iſt

iſt vns nicht vnbewuſt/was *Donellus ad l. ſi infanti. 18. n. 4. C. de jur. delib. fol. 453.* geſchrieben/ furioſo in eo morbo decedẽti, ſuccedere eos, ad quos hereditas pertinet, ſi furioſo illa non eſſet delata. *per d. l. fin. §. ſin autem. 8.* Solches aber wird limitiret in ſuo herede. *Donell. lib. 7. c. 2.* Wie auch/ wenn einem andern furioſo, durch tödtlichen Abgang ſeiner Eltern eine Erbſchafft aufffirbet/ ſecundùm communem DD. opinionem. *Sichard. d. n. 8. Tiber. Decian. n. 148. Fr. Cagnoll. ad d. §. 3. & Graſſ. d. n. 17.*

Deſto weniger ſol in zweiffel gezogen werden/ daß ein Kindt ſeine Väterliche Erbſchafft transmittire, wie dann *d. l. 18. §. 3. C. de jur. deliber.* von der Väterlichen Erbſchafft nicht zu verſtehen. Vnd *Vlpian. in d. l. 2. §. n. in princ. ff. ad SC. Tertyll.* redet von einem Fall/ Wenn das Kindt wegen eines mangels nicht gebohren/ als ſuus heres, de quo videatur *Cujac. in lib. 46. quaeſt. Papiniani ad l. ventre. 84. verſ. ſciendum autem ff. de acquir. hered. fol. 2.*

In noſtri autem facti ſpecie furioſus eſt ſuus heres. Vnd ob wol bißweilen die Infantes ein beſſer Recht haben/ als die furioſi; So iſt doch zwiſchen jhnen quoad transmiſſionem hereditatis paternæ, jure ſuitatis, kein Vnterſcheidt/ Sondern werden einander compariret vnd vergliechen/ *per d. l. 2. §. ſi qui ſi. in pr. & fin. ff. ad SC. Tertyll. l. ſed & 5. §. & ideo. 2. ff. ad L. Aquil. & l. quod infans. 60. ff. de rei vind. Michael Graſſ. d. n. 17.*

Derowegen der jenige/ ſo vnter der Väterlichen gewalt vnd furioſus geweſen zu der Zeit/ als ſein Vater dieſe Welt geſegnet/ auch darſieder niemals zu ſeiner Vernunfft kommen/ alſobaldt den Eigenthumb ſeiner Väterlichen Erbſchafft erlanget/ vnd nunmehr dannt/ dieweil er auch Todes verblichen/ in manglung anderer/ ſo jhm in der Niederſteigenden Linien zugethan/ vff ſeine nechſte ſeitshalb verwandte Blutsfreunde befellet/ vnnd Erblich gebracht/ V. R. W.

Deciſio CXLVIII.

An ille contractus vel transactio, quam ſolus curator mulieris (Kriegiſcher Vormundt) *abſq; præſentia & conſenſu mulieris celebrat, valeat, ſi poſtea mulier illum ratificat, & precium ex eo accipit.*

SVMMARIA.

1. *Authoritas Curatoris pro ſolennitate ad mulieris perſonam integram requiritur.*
2. *Quomodo cognoſcitur, an authoritas ad integrandam perſonam requiratur.*
3. *Vbi authoritas ad perſonam integrandam exigitur, in ipſo actu intervenire debet.*
4. *Quæ de forma & ſubſtantia ſunt, debent eſſe contemporanea & ſimul explicari.*
5. *Conſenſus dicitur ſimul ſenſus.*
6. *Vbi lex requirit aliquid de conſenſu alicuius fieri, forma legis non dicitur ſervata, ſi conſenſus præcedat, vel ſequatur.*
7. *Authoritas Curatoris in ipſo actu contractûs à muliere celebrati, debet intervenire.*
8. *Ratihabitio vel ratificatio in contractu mulieris ſine authoritate curatoris celebrati, an locum habeat. n. 21.*
9. *Acceſſorium non poteſt præcedere principale.*
10. *Tutoris authoritas non poteſt præcedere, ſed debet intervenire in ipſo actu.*
11. *Authoritas tutoris vel curatoris eſt actus legitimus, qui non poteſt eſſe in ſuſpenſo.*
12. *Authoritas in ipſo actu adeſſe debet, ſi eſt vel fundamentum actus vel ad validitatem & ſubſtantiam eiuſdem requiritur. n. 13.*
14. *In actibus ſolennibus ratihabitio non habet locum.*

15. Sole-

16. *Scabinorum Ienenſium & ICtorum VVittenbergenſium reſponſa referuntur. n. 16.*
17. *Mulieres ſi contractui à marito vel curatore celebrato conſentiant, & quid ex eo recipiant, contractum ratificaſſe cenſentur.*
18. *Actus nullus convaleſcit. ſi ſolennitas reſpicit favorem perſonæ determinatæ, cui debet conſentire.*
19. *Actus nullus ſine authoritate geſtus per ratificationem confirmatur.*
20. *Actus nullus valet, ſi ceſſat cauſa impediens, & ſuperveniat cauſa confirmans.*

1 VIdetur dicendum, quod non, quia authoritas curatoris in contractibus mulieris pro ſolennitate & ad ejuſdem perſonam integrandam requiritur, *Novell. Elector. Auguſt. part. 2. conſtit. 15. poſt princ. ubi Moller. n. 54. Iaſon in l. ſi unus. 27. §. pactus ne peteres. ff. de pact. n. 21. verſ. quia cum illud ſtatutum. Latè Tiraq. de legib. connubial. verb. conſente ment. gl. 6. n. 37. verſ. & certe ſunt. & ſeq.* Quod vel exinde clarius patet, quod in contractibus mulieris tàm maritatæ, quàm ſolutæ authoritas curatoris adhiberi debeat, ut in meis concluſionib. practib. *part. 2. concluſ. 17. n. 14. & ſeq.* dixi.

2 Quo caſu principaliter fragilitas perſonæ in conſideratione eſt, & curatoris authoritas ad integrandam ejus perſonam requiritur. *Tiraq. de legib. connubial. d. verb. conſente ment. gl. 6. num. 40. ubi, & ego certè credo. & ſeq.*

3 Ergo præſentia ipſius mulieris in ipſo actu contractus deſideratur, cùm in caſu, ubi authoritas pro ſolennitate & ad integrandam perſonam requiritur, in ipſo actu adeſſe debeat. *Tiraq. de legib. connubial. d. verb*

conſente ment. gl. 6. n. 3. n. 7 & n ſeq. Bl. in rubric. C. de [illegible] *vendit. n. 5. ibi, quandoq; requiruntur. Paul. de Caſtr. in l. ſi cum dotem. 22 §. eo autem tempore. ff. ſolut. matrim. n. 4. verſ. tum ſi non praetendebat. & ſeq.* Nec poteſt authoritas curatoris authorizantis & conſensus mulieris contrahentis dividi, cum ſint quid individuum ad ſolennitatem exiguntur, & ab actu dividi, & ſuperari non poſſint: *Tiraq. de legib. connubial. d. verb. conſente ment. gl. 6. num. 4. ibi, & eſt ratio. & ſeq. Bl. in c. 1. col. 1. tit. de alienat. feud. patern.*

4 Et quae de forma vel ſubſtantia ſunt, debeant eſſe contemporanea & ſimul explicari. *l. cum hîs §. ſi Praetor. ff. de transact. Tiraq. de legib. connubial. d. verb. conſente ment. gl. 6. num. 4. verſ. & ut praeterea dicunt. & ſeq.* Aliàs ſequeretur, quòd non mulier, ſed curator contraheret, quod dici non poteſt, cùm mulieribus contrahentibus conſenſus mariti adhiberi debeat. Landtr. *lib. 1. art. 45. Hartm. Piſtor. obſer. 155 incip. cùm de jure Saxonico c. 3. & ſeq.*

5 Ideoq; in ipſo actu tàm conſenſus mulieris contrahentis, quàm curatoris approbantis & authorizantis unà & ſimul adeſſe debet, cum conſenſus dicatur ſimul ſenſus. *Bl. in l. 1. C. qui admitt. ad bonor. poſſeſſ. poſſ. num. 61. verſ. hoc etiam patet. Jaſon in l. ſi quis mihi bona. 21 §. juſtum. ff. de acquir. heredit. num. 32. verſ. ſed cave quia.*

6 Quemadmodum videmus, ſi lex requirit aliquid fieri de conſenſu alicujus, quod forma legis ſervata non dicatur, ſi conſenſus praecedat vel ſubſequatur.

Jaſon

Iaſon in d. l. ſi quis mihi bona. 25. §. juſſum. ff. de acquir. heredit. n. 41. verſ. quia quando lex & ſeq.

7 Facit quod authoritas curatoris in ipſo actu contractus à muliere celebrati intervenire debeat, *Daniel Moll. ad conſtit. Saxon. part. 2. c. 15. n. 34. & ſeq. Hippol. de Marſil. in pract. crimin. §. diligenter. n. 184. ſub fin. & n. ſeq. Mynſing. cent. 2. obſer. 34. num. 2. & ſeq. Tiraq. de legib. connubial. verb. conſente ment. gl. 6. n. 1. & ſeq. Iaſon in l. 1. §. qui præſens. ff. de V. O. n. 4.*

8 Nec poſtea ſupervenire poſſit, vel ratihabitio admittatur. *Paul. de Caſtr. in l. liberorum. §. notantur. ff. de his qui notant infam. n. 2. verſ. inde ſi ſtatutum dicat. & ſeq. Hippol. de Marſil. in ſua practic. criminal. §. diligenter. n. 184. ſub fin. verſ. & facit etiam dictum. & n. 185.* Hoc ſi verum eſt, neceſſario ſtatuendum erit, quòd ſolus curator contrahere non poſſit, ſed quod præſentia & conſenſus mulieris præcisè etiam in ipſo actu adeſſe debeat, aliàs authoritas curatoris in ipſo actu non interveniret, ſed potius præcederet, & conſenſus mulieris demum ſubſequeretur. Accedit, quòd conſenſus mulieris ſit principale, authoritas verò curatoris acceſſorium.

9 Quòd autem acceſſorium nec poſſit nec debeat præcedere, principale tradit *Iaſon in l. ſi quis mihi bona. 25. §. juſſum. ff. de acquiſit. heredit. n. 3. ſub fin. verſ. unde acceſſorium non debet præcedere. & ſeq.* Vlterius, quia pupillus & mulier in noſtro foro æquiparentur, Landtr. *lib. 1. art. 42. in fin. ubi gl. lat. ad text. germ. lit. E.*

10 Tutoris autem authoritas non poteſt præcedere, ſed præcisè requiritur in ipſo actu. *Iaſon in d. l. ſi quis mihi*

bona.25. §. juſſum.ff.de acquir.heredit n.8 ibi.vers[illegible]

11 Propterea quod ejusmodi authoritas [illegible] vel curatoris ad litem eſt actus legitimus, qui non poteſt pendere vel ſtare in ſuſpenſo. *l. actus legitimi.[illegible] ff. de R. J. Iaſon in d. l. ſi quis mihi bona 26. §. juſſum n.34. verſ. [illegible] poteſt ſtare. & n.38. in fin.* Deniq; quia authoritas curatoris in contractibus mulierum eſt non ſolum fundamentum actûs, ſine quo contractus fieri non poteſt, ſed requiritur etiam ad validitatem & ſubſtantiam actûs. Landtr. *lib. 1. art.31. n.45. uti dixi in meis concluſ.pract. part. [illegible] concluſ.17. n.3. n. 102. in med.*

12 Communiter autem DD. tradunt, quod authoritas alicujus præcedere non poſſit, ſed præciſe in ipſo actu intervenire debeat, ſi eſt vel fundamentum actûs. *Bl. in c. cum conſuetudinis. in 2. col extr. de conſuetud. Iaſon in d. l. ſi quis mihi bona.25. §. juſſum. n.38. ſub fin. verſ. quia authoritas eſt fundamentum. & ſeq.*

13 Vel ad validitatem & ſubſtantiam ejusdem requiritur. *Iaſon in d. l. ſi quis mihi bona.25. §. juſſum. ff. de acquir. heredit. n.39. ibi. limita iſtam. & ſeq.*

14 Præſertim cùm in actibus ſolennibus ratihabitio locum habere non poſſit. *Bl. in l. ult. C. ad SC. Macedon. n.2. Iaſon in d. l. ſi quis mihi bona.25 §. juſſum. n.23. & ſeq. Oldrad. conſil.330. n.2. verſ. primo quia hac appellatio. & n.5. & conſil.331. n.6. Decius conſil.246. n.5.*

15 His tamen non obſtantibus contrarium Scabini Ienenſes *Menſe Novembr. Anno 1623. ad requiſitionem S. R. I. V. D. & Comitis Palatini Cæſarei* zu W. pronunciarunt: Wann gleich ewers Weibes Kriegiſcher Vormundt/ ohne beyſeyn vnnd vorwiſſt ewer Hauß-frawen beygefügte Vergleichung auffgerichtet. Dennoch aber, weil gedachter Kriegiſcher Vormundt hernach ewerm Weibe durch euch / als jhren Ehemann anmelden laſſen/ jhren

ihren Conſens darzu erſchwert/ ewer Weib auch damit zu frieden geweſen vnd ſolche Vergleichung daheró approbiret/ unterſchrieben/ vnnd angenommen/ in dem ſie auff ſolche Vergleichung etlich Geldt von jhrer Stieffmutter durch euch als jhren Ehemann empfangen laſſen/ vnd neben euch quittiret/ So iſt ewers anführens vnd einwendens vngeachtet/die getroffene transaction vnd Vergleichung zu Recht krefftig vnd gültig/ V. R. W.

16 In quam ſententiam etiam ICti VVittenbergenſes *Menſe Decembri Anno 1623.* ad conſultationem ejusdem reſponderunt: Ob nun wol ewer Weib bey der Vergleichung Perſönlich nicht geweſen/ſondern der Kriegiſche Vormundt ehe er ſich mit jhr davon vnterredet/ ſolche vor ſich alleine getroffen. Dennoch aber vnd dieweil ewer Weib ſolche Vergleichung vnterſchrieben/ etlich Geldt von jhrer Stieffmutter/ durch euch/ als jhren Eheman/ darauff empfangen laſſen/vñ neben euch quittiret/ auch ein Plancket zur Vorzicht vnd aufflaſſung des Hauſes von ſich geſtellet/ So mag auch nunmehr dieſelbe vor vnkrefftig nit geachtet werden/ V. R. W.

17 Per deciſionem *Hartm. Piſtor. obſer. 155. incip. cum de jure Saxonico. n. 5. ibi, & licet. n. 6. 7. 8. & n. ſeq.* qui quodammodo in terminis tradit, quòd mulieres, ſi contractui a marito vel alio curatore celebrato conſentiant, & id, quod ex illo contractu ad eas ſpectat, recipiant, cenſeantur contractum ipſo facto approbaſſe, & efficaciter obligentur, atq; ita Scabinos Lipſenſes pronunciaſſe teſtatur. Et quamvis *Hartm. Piſtor. d. loco,* loquatur ſaltem de eo caſu, ubi quidem mulier in ipſo actu contractûs fuit præſens, ſed maritus ſolus contraxit, & quærit, an mulier marito de bonis uxoris contrahenti conſentire, an verò ècontra maritus uxori contrahenti authoritatem adhibere debeat; Idem tamen dicendum eſt, ſi abſente muliere maritus vel curator contrahit, & poſtea mulier conſentit, & contractum ratum habet, propterea quod hæc ſolennitas & authoritas curatoris in mulieris favorem ſit inducta, ne in aliquod damnum vel præjudiciũ incurrat. *Paul. de Caſtr. in l. liberorum. §. notantur. ff. de his qui notant. infam. n. 2. verſ. interdum requiritur conſenſus. & ſeq.*

Sed

18 Sed ita eſt, ſi ſolennitas illa, quâ non adhibita actus eſt nullus, determinatæ perſonæ favorem reſpicit, quod tunc ejusdem conſenſu ſuperveniente actus nullitatione ſolennitatis omiſſæ convaleſcat. *Br. in l. 1. §. ſed ſi filius. ff. de legat. 3. quem ſequitur Ludov. Roman. conſil 54. incip. viſis circa id. n. 3. ibi, attamen illa regula eſt. & ſeq.*

19 Quoniam omnia jura in contrarium allegata limitantur, niſi actus confirmetur per ratificationem, quia retrotrahitur & perinde hebetur ac ſi ab initio conſenſiſſet. *l. ult. C. ad SC. Macedon. Dec. in l. quod initio. 29. ff. de R. I. n. 13. ibi & quod dictum eſt. Alex. conſil. 117. incip. viſo proceſſu. col. 2. n. 2. verſ. & talis expreſſa vel deſumpta. & ſeq. lib. 5.*

20 Vel ceſſet cauſa impediens & ſuperveniat confirmans, *Dyn. in c. non firmantur. 18. de R. Iur. in ſexto. n. 9. verſ. in tertio caſu quando ceſſavit. & ſeq.* quod in caſu noſtro contingit, tum cauſa impediens nempè abſentia mulieris ceſſet, & cauſa confirmans, nempè conſenſus & ratificatio ejuſdem ſuperveniat;

21 Quæ ratificatio vel ideo magis admitti debeat, cùm hîc non in tanto actu ſolenni verſemur, ut ratificatio non admittatur. *Br. in d. l. de pupillo. 5. ff. de novi oper. nunciat. Iaſon. eod. n. 4. ſub fin. verſ. ex prima parte habes, (ubi hanc communem vocat & à contrariis defendit) & n. 5. Tiraq. de legib. connubial. verb. conſente ment. gl. 6. n. 15. ibi, fallit ſeptimo. & ſeq.*

Deciſio CXLIX.

Alienatio bonorum minorum ſine decreto magiſtratûs, & cauſæ cognitione facta, an valeat, ſi ſuperiori præſentetur, & ab eodem confirmetur.

SVMMARIA.

1. *Alienatio bonorum minorum vel pupillorum ex reſcripto Principis ſine decreto & cauſa cognitione facta, non valet.*
2. *Alienatio rerum pupillarium ſine decreto & cauſæ cognitione facta, ne quidem iuramento confirmari poteſt.*
3. *ICtorum VVittenbergenſium de hac controverſia reſponſum.*
4. *Affirmativa aſſertio extruitur ex Bl. doctrina.*
5. *Parta ſunt aliquid legitime fieri, vel legitimè confirmari.*
6. *Confirmatio ſuperioris ſupplex defectum ſolennitatis, formæ, & perſonæ.*
7. *Confirmatio addit robur & firmitatem confirmato.*
8. *Confirmatio ſuperioris facit ceſſare beneficium* l. 2. C. de reſcind. vendit.
9. *Confirmatio excludit doli præſumptionem, & nullitatis exceptionem, n. 10.*
11. *Confirmatio eius, quod nullum eſt, ſi non firmat actum, valet tamen ut nova diſpoſitio.*
12. *Alienatio ſine decreto & cauſæ cognitione non eſt ipſo iure nulla, ſed tantum imperfecta.*
13. *Actus imperfectus ex confirmatione firmiſſimum robur accipit:*

1 NEgativè concludendum videtur, quoniam alienatio bonorum pupillarium ſine decreto & cauſæ cognitione facta, non valeat, etiamſi Princeps reſcripto conſentiat in alienationem. *Henricus* Rebelkräh / *deciſ. 7.*

incip. res pupillares. per tot. Vel illa juramento confirmetur *Iaſon in auth. ſacramenta. C. ſi adverſ. vendit. num. 33. & n. 46. Andr. Gail. lib. 2. obſer. 41. n. 12.*

2 Cùm ejusmodi alienatio ſine decreto & cauſæ cognitione facta, ſit ipſo jure nulla. *Ludov. Roman. conſil. 54. incip. viſis circa id. num. 3. verſ. tertio iſta pars. & ſeq.* & proinde confirmari nequeat, quoniam id, quod nullum eſt, confirmari non poteſt. *Bl. conſil. 181. incip. caſus talis eſt cavetur. n. 1. verſ. & quod nullum eſt. & ſeq. lib. 1.*

3 Contrarium tamen ICti VVittenbergenſes *Menſe Decembr. Anno 1623.* ad requiſitionem D. S. R. zu W. reſponderunt: Wann gleich ewer Haußfraw / zur zeit der auffgerichten transaction noch Vnmündig geweſen / vnd die alienatio absq; decreto vorgenommen worden. Dennoch aber vnd dieweil dieſelbe dem Rathe vorgetragen / von jhme confirmiret worden / vnnd ewerm Bericht nach / die dringende Noth zuerweiſen / So iſt auch ſolche dieſer Vrſachen wegen nicht vmbzuſtoſſen / V. R. W.

4 Per doctrinam *Bl. in l. quicunq. 4. C. de bonis quæ liber. n. 5. ibi, contractus factus. & ſeq.* qui in ſpecie tradit, ſi contractus factus Epiſcopo vel Magiſtratui, præſentetur, & ejus confirmatio petatur, quod talis confirmatio habeat authoritatem decreti, quoniam paria ſunt aliquid

5 legitimè fieri, vel legitimè confirmari. *l. Tribunus ff. de milit. teſtament. Bl. d. l. quicunq. 4. num. 5. verſ. & paria ſunt. & ſeq.*

6 Propterea, quòd confirmatio ſuperioris ſuppleat defectum formæ, & defectum perſonæ. *Iaſon in l. more majorem. 8. ff. de juriſd. n. 40. ibi, item in materia. & ſeq.*

8 Et confirmato addat robur & firmitatem. *Bl. in l. adverſus. C. ſi adverſ. rem judic. n. 3. Alex. conſ. 122. incip. viſo puncto. n. 21. vol. 6. Gail. lib. 2. obſer. 1. n. 8. Iaſon in l. more majorem. 8. ff. de juriſdict. n. 41.*

Facit

8 Facit ceſſare beneficium *l. 2. C. de reſcind. vend. l. Gail. lib. 2. d. obſerv. 1. n. 9. verſ. & ſic beneficium. Br. in l. ſi expreſſum. ff. de appellat. n. 17. Pruckm. conſil. 29. n. 62. & ſeq. & conſil. 49. n. 58. & ſeq. & conſil. 50. n. 385. poſt princ. & n. ſeq. vol. 1. Coler. conſil. 28. n. 202. n. 310. & ſeq. Ioann. Koppen. deciſ. 58. n. 20. & ſeq.*

9 Et excludat omnem doli præſumptionem. *c. in præſentia. extr. de renunciat. c. ſicut vobis. §. ult. extr. de ſent. & re judic. l. 1. C. de præd. & aliis reb. minor. Gail. lib. 2. d. obſer. 1. n. 10.*

10 Et nullitatis exceptionem *Gl. in c. quia. 5. verb. forma. verſ. per confirmationem fit. extr. de conceſſ. præbend. Andr. Gail. d. obſer. 1. n. 10. verſ. præterea nullitatis. & ſeq.*

11 Et quamvis confirmatio ejus, quod nullum eſt, non valeat, valere tamen debet tanquam nova diſpoſitio & confirmatio, *Bl. conſil. 319. incip. matrimonium in articulo. n. 4. verſ. ſed veritas eſt. lib. 4. Paul. de Caſtr. conſil. 248. incip. viſis. col. 2. n. 4. ſub fin. verſ. illud autem. lib. 2.*

12 Præſertim hoc in caſu, ubi alienatio rerum pupillarium ſine decreto & cauſæ cognitione facta non eſt ipſo jure nulla, ſed ſaltem imperfecta. *Andr. Gail. l. 2. d. obſerv. 1. n. 19. circa med. verſ. utputa. quando judex. & ſeq.* Quod etiam exinde patet, quod ejusmodi alienatio ſine decreto facta, lapſu quinquennij perficiatur & confirmetur, *l. ult. C. ſi major factus alienat. ſine decret. judic. fact. Pariſ. conſil. 49. n. 14. vol. 1. Cavalc. de tutor. & curat. num. 146.* Quod non fieret, ſi eſſet ipſo jure nulla. *l. non dubium. 5. §. nullum. & ſeq. C. de legib.*

13 Ejusmodi autem actum imperfectum confirmari poſſe, & ex confirmatione firmiſſimam authoritatem accipi, textus eſt *in c. 1. ſub fin. ubi in verb. authoritate. extr. de transact. Iaſon in d. l. more majorum. 8. n. 31. Andr. Gail. lib. 2. d. obſer. 1. n. 19. verſ. ſecundò limitatur. & ſeq.*

Deciſio CL.

De Collegiis Mercatorum, Pannificum, Cerdonum & ſimilium, & eorum ſtatutis.

SVMMARIA.

1. *Mercatores, Cerdones & alij poſſunt ſua collegia habere. n. 3. 4.*
2. *Collegia nulli habere poſſunt, niſi eis lege, vel conſuetudine, vel ſpeciali privilegio concedatur.*
5. *Collegia quando approbata & licita cenſentur, & quibus ex ſignis hoc cognoſcitur. n. 6.*
7. *Collegia licita inter ſe ſtatuta facere poſſunt. n. 13. 19.*
8. *Etiamſi iuriſdictionem nullam habeant.*
9. *Rectoribus Collegiorum datur iuriſdictio à lege mediante electione. n. 10.*
11. *Rectores collegiorum habent coercitionem in collegiatos.*
12. *Si controverſia eſt inter Rectorem & alium collegiatum, poſſunt collegiati cognoſcere.*
14. *Statuta collegiorum non debent eſſe iuri divino, & naturali contraria.*
15. *Statuta collegiorum non indigent confirmatione ſuperioris. n. 16. 18. 21.*
17. *Sub generali confirmatione ſtatutorum populi an etiam continentur ſtatuta collegiorum.*
20. *Statuta collegiorum de iure communi ſunt approbata.*
22. *Statuta collegiorum in quibus cauſis, & contra quas valent. n. 23. 24. 25. 26.*
27. *Iudex loci ordinarius habet cum collegiatis concurrentem iuriſdictionem.*
28. *An alius, qui non eſt de collegio, poteſt ſibi ea que collegiatis competunt, attribuere, ea conficere, emere, vendere, &c. n. 3.*
29. *Mercari & negociari eſt actus meræ facultatis.*
30. *Nemo ab actu meræ facultatis ne pacto quidem excludi poteſt.*

31. Colle-

32. *Collegia mercatorum propter utilitatem publicam ſunt inducta.*
33. *Collegiati habent jus prohibendi.*
34. *Scabinorum Ienenſium reſponſum affertur.*
35. *Collegiati etiam pendente lite cum extraneo poſſunt nova ſtatuta in eius præiudicium facere.*

1 EXtra dubium eſt, quòd Mercatores, Cerdones, & alij opifices ſua collegia habere poſſint. *Novell. de fideiuſſor. 4. c. 3. §. ult. ſub fin. Vult. in l. periniquum. ult. C. de juriſdict. n. 15. & ſeq. Old. conſil. 128. incip. quoniam ad inveſtigationem. n. 1. & ſeq. per tot.*

2 Dummodo illis hoc lege vel conſuetudine, vel ſpeciali Principis privilegio concedatur. *Vult. in d. l. ult. C. de juriſdict. num. 16. ibi, habent autem quibus. & n. ſeq. Matth. Stephan. tract. de juriſdict. lib. 2. verſ. 2. c. 6. incip. collegium dicitur eſſe. n. 57. & ſeq. n. 66. & ſeq.*

3 Aliâs omnia collegia ſunt reprobata. *Oldr. conſil. 65. incip. hic agitur. n. 7. verſ. imo quia ut plurimum. & ſeq.*

4 Etiamſi eſſent mille, vel duo millia, tamen congregati per ſe abſq; ejusmodi permiſſione, non poſſunt facere collegium approbatum, nec judicem eligere. *Paul. de Caſtr. in l. privatorum. 3. C. de juriſdict. omn. judic. n. 3. ibi, ibi ſi eſſent mille. & ſeq.*

5 Collegia autem approbata & licita cenſentur, & eorum poſſeſſio vel quaſi probatur. Ex eorum literis fundationis & privilegiis à magiſtratu conceſſis. *Matth. Stephan. tract. de juriſdict. lib. 2. part. 2. d. c. 6. n. 79. ibi, ad probandum verò. & ſeq.* Vel ſi ſolent conſtituere Syndicum, in certo loco convenire, tractatus collegiales negociorum communium exercere, arcam communem, gemeine Lade/ & ſigillum habere. *Ludov. Roman. conſil. 436. incip. quod indultum. n. 6. ibi, quia adſunt ſigna collegium demonſtran-*

monſtrantia.n.7. & ſeq. Felin.in c. accedentes. 11. extr. de præſcription.n.2.verſ.de iſtis ſignis cognoſcendi.& ſeq.Calder. conſil 261.n.2.verſ.prædicta probantur. Tuſch. tom.1. verb. collegium. concluſ.452.n.2.& n.4. Paul.de Caſtr.in d.l.privatorum.3. C. de jurisdict.n.2.verſ.quia non habent ſigna. Matth. Stephan. tract. de jurisdict.lib.2.part.2.c.6.n.82.verſ.præterea collegium probatur. n.83. & ſeq.

6 Quæ tamen ſigna omnia ſimul & conjunctim non requiruntur,ſed unum & alterum ſufficit. *Innoc. in c. paſtoralis. extr.de jure patron. Felin.in d. c.accedentes. 11. extr.de præſcript.n.2.verſ.non tamen oportet.Tuſch.d. tom.1. verb.collegium.concluſ.452. n. 2. in fin.*

7 Et ejusmodi collegia approbata Mercatorum, artis lanæ,cerdonum & ſimilium poſſunt etiam inter ſe ſtatuta ſpecialia contra ſtatuta generalia illius civitatis facere in illis ad eorũ artem & profeſſionem ſpectantibus. *l. trajectitiæ.2. §.ult.ſub fin. C. de conſtit.pecun. Novell. de fidejuſſ.4.c.3.§.ult.in fin.Br.in l.omnes populi.9.ff. de I.& I.n.6.ibi, ſecundo quæro. Iaſon eod.n.37.ibi circa ſecundam quæſtionem. Bl. ibid.n.32.ibi,hic quæritur an collegia.& in l.periniquum.ult. C.de jurisdict.n.1.verſ. ex hoc infert.& ſeq. & in d.l. trajectitia.C. de conſtit.pecun.n.9.ibi,tertio nota. Ludov. Roman.conſil.277.incip. non eſt dubium.n.ult.ibi,valent enim ſtatuta. Angel.in §.jus autẽ civile.4.Inſt.de I.N.G.& C.n.4.Franciſc.Marc.deciſ. 165. incip. an aliqui magiſtri.n.1.& ſeq.part.1.Daniel Moller.lib. 2.ſemeſtr. c.15.incip.collegia.n.1.verſ.ex hoc infert. & ſeq.*

8 Etiamſi per ſe jurisdictionem nullam habeant. *Bl.in d. l.privatorum.3. C.de jurisdict.n.1.& ſeq.*

9 Quoniam datur electis Rectoribus collegiorum jurisdictio à lege mediante electione, *Paul.de Caſtr.in l.periniquum. ult.C. de jurisdict.n.3.poſt princ.*

10 Et eo ipſo ſtatim acquirunt jurisdictionem,poſtquam ſunt electi. *Paul. de Caſtr.in d.l.privatorum.3. C.de jurisdict. n.*

5.poſt

ſ. poſt princ. Vult. in l. ult. C. eod. n. 18. verſ. eo ipſo quod eligitur:
11 Et ideo habent etiam coercitionem & mulctæ civilis irro-
gationem. *Vult. in d. l. ult. C. de jurisdict. n. 20. ibi, cum autem*
12 *omnibus & ſeq.* Ita ut etiam ipſi collegiati inter ipſum Ma-
giſtrum collegij, & alium collegiatum, ſi inter eos eſt
controverſia, vel agitur de delicto, vel aliâ re ipſius Ma-
giſtri duntaxat, cognoſcere poſſint. *elegant. Oldrad con-
ſil. 128. incip. quoniam ad inveſtigationem. n. 2. ibi, ex prædictis*
13 *itaq. n. 3. & ſeq. per tot.* Nam ſi collegium approbatum
poteſt conferre, quæ ſunt jurisdictionis, puta Præpoſi-
tum eligere, multò magis absq; alia jurisdictione poteſt
ſtatuta condere. *Bl. in d. l. periniquum ult. C. de jurisdict. omn.
judic. n. 1. verſ. cum non poſſet.* Dummodo juri divino & natu-
rali non ſint contraria, ut ſupra *deciſ. 26. n. 3. & ſeq.* dixi.
15 Valent autem hæc ſtatuta etiam absq; alia ſuperioris
authoritate, nec indigent confirmatione; Et quamvis
in hoc contrarium ſtatuat *Bl. in l. privatorum. 3. C. de jurisdict.
n. 2. verſ. ſolutio concedo. & ſeq. & in l. periniquum ult. C. eod. n. 4.
verſ. quæro hic utrum propoſi. 1 verſ. & in l. humanum 8. C. de le-
gib. n. 2. ibi, nota etiam hic quod Senatores. & ſeq. Gl. in d. l. priva-
torum. 3. C. de jurisdict. verb. privatum. verſ. ſed obſtat Franciſc.
Marc. deciſ. 165. incip. an aliqui Magiſtri. n. 3. part. 1. Oldr. conſi. 128.*
16 *incip. quoniam ad inveſtigationem. n. 6.* Adeò, ut nec conſuetu-
dine induci poſſit, ut ejusmodi ſtatuta ſine confirmatione
ſuperioris valeant. *Oldrad. d. conſil. 128. n. 7. ibi, nec propter hoc*
17 *poteſt dici. & ſeq.* Nec ſub generali confirmatione ſtatutorum
populi contineantur, ſed ſpeciali confirmatione & renova-
tione indigeant. *Bl. in l. ex placito. 3. C. de rerum permutat. n. 13
ibi, & ſi ſtatuta populi. & ſeq.* Priorem tamen ſententiam re-
18 ctiùs defendit idem, *Bl. in l. omnes. 9 ff. de I. & I. n. 32 verſ. nam
talia ſtatuta ſunt approbata. & in l. trajectitiæ. 2. C. de conſtit. pe-
cun. num. 9. verſ. & iſta ſtatuta ſunt confirmata. Paul. de
Caſtr. in l. privatorum. 3. Cod. de jurisdict. num. 5. ſub fin.
verſ.*

verſ. ubi patet quod. & in l. periniquum. ult. C. eod. n 3. verſ. cujus contrarium ibi dixi. Iaſon in l. omnes. 9. ff. de I & I.n.38. ibi, an autem ſtatuta mercatorem. & ſeq. Angel in d. §. jus autem civile. 4. inſt. de I.N.G. & C. n. 4. ſub fin. verſ. non expectata al. 3. Vult. in d. l. periniquum. ult. n. 18. in princ. & verſ. verius tamen eſt. Alex. conſil. 123. incip. ſcripſit. n. 5. verſ. ut videantur confirmata. vol. 4.

19 Quoniam eo ipſo, quod collegium eſt approbatum, poteſt facere ſtatuta inter ſuos juratos. *Bl. in d. l. omnes. 9. ff. de I. & I. n. 32. verſ. nam eo ipſo quod collegium. & in l. privatorum. 3. C. de jurisdict. n. 2. verſ. ſed ut collegium approbatum. & ſeq.*

20 Et ejusmodi ſtatuta de jure communi ſunt approbata & confirmata. *Bl. in d. l. omnes. 9. ff. de I. & I. n. 32. C. de conſtit. pecun. n. 9. verſ. & iſta ſtatuta. Iaſon in d. l. omnes. 9. n. 38. verſ. quia à jure communi. Vult. in d. l. ult. C. de jurisdict. n. 18. verſ. quicquid collegium.* Et ideo ulteriori confirmatione Principis vel ſuperioris non indigent, *text. in l. un. auth. med. C. de theſaur.*

21 Niſi ſunt ejusmodi collegia, quæ faciunt civitatem, caſtrum vel villam, & habent territorium, tunc illorum ſtatuta meritò à ſuperiore confirmari debent, ſecus eſt in aliis collegiis approbatis Mercatorum, Cerdonum & ſimilium. *Paul. de Caſtr in d. l. privatorum. 3. C. de jurisdict. n. 4. & n. 5. verſ. ego intelligo. & ſeq.*

22 Quæ tamen ſtatuta collegiorum approbatorum valent duntaxat in cauſis civilibus, non in criminalibus. *Vult. in d. l. periniquum ult. C. de jurisdict. n. 19. ibi, alterum eſt. & ſeq.*

23 Et q̃dem nõ indefinitè in omnibus cauſis civilibus, ſed ſolum ipſorũ artẽ vel profeſſionẽ concernentibus, non

in alijs, puta in hereditatibus & ſimilibus. *Bl. conſil. 43. incip. præſuppoſito quod. num. 1. ſub fin. verſ. & quia Mercatores. lib. 4. & in d. l. omnes. 9. ff. de I. & I. n. 33. verſ. inter ipſos poſſunt habere. & in d. l. periniquum ult. C. de juriſdict. n. 3. n. 4. verſ. ſecundo quæro. Paul. de Caſtro. eod. n. 2. verſ. ſed quantum ad ea. Vult. ibid. n. 19. verſ. & quidem non indefinitè. (ubi exemplum affert) n. 120. & ſeq.*

24 Prout etiam nocent ſolummodo ipſis collegiatis & eorum heredibus, non etiam alijs: *Bl. d. conſil. 43. n. 1. verſ. quia ſtatuta Mercatorum. lib. 4. & in l. omnes. 9. ff. de I. & I. n. 33. verſ. hæc tamen ſtatuta. & in d. l. periniquum. ult. n. 3. ibi, tertio nota. & in l. trajectitia. 2. C. de conſtit. pecun. num. 10. Angel. in §. jus autem civile. 4. inſt. de I. N. G. & C. n. 4. verſ. & hoc verum. Iaſon in d. l. omnes. 9. ff. de I. & I. n. 37. verſ. & idem tenet. Vult. in d. l. ult. C. de juriſdict. n. 23. ubi, tertium eſt quod juriſdictio.*

25 Benè tamen verum eſt, quòd inter eoſdem Mercatores collegiatos valeant etiam in alia curia & foro, quàm in ipſa curia Mercatorum. *Bl. in d. l. trajectitia. 2. C. de conſtitut. pecun. (ubi declarat) n. 10. ibi, dubitatur tamen. & ſeq. Iaſon (ubi etiam declarat) in d. l. omnes. 9. ff. de I. & I. n. 38. ibi, an autem ſtatuta. Angel. in d. §. jus autem civile. 4. inſt. de I. N. G. & C. n. 4. poſt princ.*

26 Et licèt quis deſierit eſſe Mercator, tamen pro his, quæ geſſit tempore, quo erat Mercator, poteſt conveniri coram conſulibus Mercatorum. *Paul. de Caſtr. (ubi hoc menti tenendum dicit) in l. periniquum. ult. C. de juriſdict. n. 2. ibi, tene menti quod licet. Vult. (ubi exemplum affert) eod. n. 25. verſ. ſed qui aliquando fuerunt. & ſeq.*

27 Cum quibus tamen judex loci ordinarius habet juriſdictionem concurrentem. *elegant. Vult. (ubi exemplum affert) in d. l. ult. C. de juriſdict. num. 26. ibi, quartum eſt*

Dddd quod

quod judex. usq. ad fin. Bl. eod. (ubi hoc menti tenendum [illegible] n. 2. Ludov. Roman. conſil. 393. incip. præſens conſultatio. n. [illegible] ibi. tertio idem probatur. & n. ſeq. Tuſch. tom. 7. verb. ſtatutum. concluſ. 431. n. 2. 3. 4. & ſeq.

28 Si tamen quiſpiam alius, qui non eſt de collegio, nec ſub ejus ſtatuto comprehenſus, velit eas res, quæ ad illud collegium ſpectat, ſibi attribuere, eaſdem conficere, vendere, & cum illis negociari, is non admittitur, niſi ſe in illud collegium recipi petat, ſeq; illi & ejus ſtatutis conformet, & omnia alia, quæ reliqui collegiati facere tenentur, præſtet. Quamvis enim ejuſmodi ſtatuta alios forenſes & extraneos ſtringere non ſoleant, *Alex. conſil. 123. incip. ſcripsit. n. 5. verſ. tamen poteſt ... & ſeq. lib. 4. Bl. consil. 43. incip. præſuppoſito quod Cajetanus. n. 1. verſ. quia ſtatuta mercantiæ. lib. 4.*

29 Mercari etiam & negociari & ſimilia negocia exercere, per ſe ſit actus meræ facultatis, qui cuivis de jure naturali & gentium pro lubitu & arbitrio permittitur, *l. ex hoc jure. ff. de I. & I. l. 7. §. ult. verſ. quia ſolutio. ff. de curat. furioſ. l. ſicut. 5. C. de O. & A.*

30 Adeò, ut ne pacto vel propria conventione ſe quis ab ejuſmodi actu meræ facultatis excludere poſſit *Paul. de Caſtr. conſil. 144. incip. pactum iſtud. n. 3. poſt med. verſ. ſed ea quæ competunt. & ſeq. lib. 2.*

31 Sed quoniam ejuſmodi actus meræ facultatis de jure civili ad certum modum aſtringi, *ut oſtendi in mea concluſ. pract. part. 2. concl. 3. n. 9. & ſeq.* Et ea, quæ ad jus gentium privævum vel naturale pertinent, limitari poſſunt *Heig. quaſt. 15. incip. de venatione. num. 28. & ſeq. lib. 1.* Ut certo tantum hominum generi actibus meræ facultatis uti frui liceat. *Heig. d. quaſt. 15. n. 33. ibi, ut certo tantum. & ſeq. lib. 1.*

32 Et collegia Mercatorum & artificum propter utilitatem publicam ſint conceſſa. *Novell. de fidejuſſor. 4. c. 3. §. ult. l. receptitia. 2. §. ult. C. de conſtit. pecun.* Adhoc, ut diſtincta ſint officia, ea non turbentur, nec quod alijs eſt creditum & conceſſum, alij ſubtrahant. *text. elegans in l. conſulta. 23. verb. abſurdum eſt neq. C. de teſtam. Pruckman de venat. c. 4. n. 37.* Et ejuſmodi collegia & privilegia reſpectu aliorum privativè in eorum præjudicium commiſſa intelligantur. *Pariſ. conſil. 70. n. 4. & ſeq. n. 8. & ſeq. vol. 1. Iaſon in l. ait Prætor. ff. de jurejur. n. 3.*

33 Et illi, qui ejuſmodi privilegijs certum collegium habendi, vel artem aliquã exercendi gaudent, jus alios prohibendi habent. *Bl. conſil. 463. n. 5. verſ. ſed ſi tu haberes. vol. 4. Iaſon in l. quominus. ff. de fluminib. n. 85.*

34 Ideoq; meritò Scabini Ienenſes *Menſe Novemb. An. 1620.* an die geſampten Gewandſchneider vñ Tuchmacher zur Naumburg reſponderũt: Do ewerm Bericht nach ein ehrſamb Handwerg der Gewandſchneider / durch des Rahts anordnung / an den von euch angezogenen ort gewieſen worden vnd nicht allein ewere Vorfaren, ſondern auch jhr / je vnd allewege dieſer Ordnung euch bequemet So iſt gemeldter Häupt / krafft angezogener vnd der nachfolgende obſervantz beſterckter Ordnung ſowol auß denen von euch in ewern ſub dato den 4. Julij bey dem Rahte eingegebenen Antwort angezogenen motiven vnd Rechtsgründen dereñ auch angewieſenen Gewölben eines / welches jhme das Loß geben wird / neben euch zu beſitzen / vñ daſelbſt feil zu haben / oder des Gewandſchnits / alles ſeines einwendens vngeachtet, ſich gentzlich zu enthalten ſchuldig, V. R. W. Quod adeò procedit, ut etiam ejuſmodi col-

35 legiati, pendente lite cum extraneo non collegiato poſſint in ejus perniciem ſuper causâ controverſa, vi collegij & poteſtatis collegialis nova ſtatuta facere, confirmationem deſuper petere, & ex novis illis ſtatutis contra eum agere, excipere & obtinere, uti eleganter tradit *Bl. in l. ex placito 3. C. de rer. permutat. n. 13. verſ. ſed pone actum eſt. & n. 14. quod ſingulariter obſerva.*

Deciſio CLI.

An & quatenus jus venandi in alienis prædijs præſcribi poßit, ad intellectum ordinationis provincialis, tit. daß keiner auff des andern Grund vnd Boden jagen ſol, *&c.*

SVMMARIA.

1. *Nemo in alienis fundis venari debet.*
2. *Si controverſia de venatione inter poſſeſſorem fundi clientelaris & iuridicum dominum incidit, ius venandi poſſeſſori adiudicatur.*
3. *Proprietas fundi à iurisdictione differt.*
4. *ICtorum Lipſenſium reſponſum aſſertur.*
5. *Dominium directum fortius eſt utili, & ei perfertur.*
6. *In dubio ius venandi magis territorio, quam iurisdictioni adhæret.*
7. *Ius venandi non competit habenti utile dominium.*
8. *Clauſula præcedens maioris efficaciæ eſt ad determinationem ſequentium, quam ſequens clauſula ad determinationem præcedentium.*
9. *Referens ineſt relato, & ex eo recipit interpretationem, extenſionem & limitationem.*

1 IN ordinatione provinciali, *tit.* daß keiner auff des andern Grund vnd Boden. *pag. 77.* dicitur, daß ein jeglicher mit Jagen/ Hetzen/ vnd Weydewerck zu treiben/ auff ſein vnd ſeiner Erbe Eigenthumb bleiben/ vnd eines andern Güter damit nicht beſchweren ſol/ vngeacht einiges fürwendens/ daß es anderer geſtalt herbracht vnd im Brauch gehalten/ alles bey Pœn 100. fl. So offt einer gegen dem andern dißfals vorbracht. *Schneid. in §. feræ. inſt. de R. D. & A. R. D. n. 8. verſ. tertio limitatur. Daniel Moller. in comment. ad conſtitut. Saxon. part. 2. c. 8. num. 5. verſ. eſt autem illa.*

Vnd-

Dubitabatur igitur de quonam dominio Eigenthumb / illud debeat accipi, an tam de directo, quam utili ſimul, quod quis in ſuis & ſuorum ſubditorum prædijs habet, an verò ſaltem de directo, quod quis in aliquibus prædijs habet, alteri verò nobili in ijſdem utile dominium competit, ita ut alter nobilis, qui utile dominium habet, nihilominus in illis venari & jus venandi præſcribere poſſit?

2 Prius videtur dicendum per deciſionem *Renat. Choppin. de dom an. Franc. lib. 3. tit. 22. num. 6. quem ſequitur Petr. Heig. quæſt. 15. incip. de venatione. n. 54. vers. refert Senatum Pariſienſem. & ſeq. part. 1.* qui in terminis tradit, & teſtatur, quod, motâ in foro de venatione controverſia inter poſſeſſorem fundi clientelaris, & juridicum dominum directum & ſuperiorem, ſenatus Pariſienſis jus venationis poſſeſſori fundi clientularis adjudicaverit;

3 Quoniam valdè diſtat proprietas fundi à juriſdictione. *Par. de Pus. de feud. redinteg. c. 30. Heig. d. quæſt. 15. n. 55. ibi, valde enim diſtat. part. 1.* Quod vel ideo magis in hoc caſu dicendum erit, quoniam *ind. ordinat.* dicatur, quod quis in proprijs bonis auff ſeinem vnd ſeiner Leute Eigenthumb / venari poſſit. Propria autem bona ea dicuntur, quæ quis poſſidet, & ex quibus fructus percipit, licèt ea ab alio recognoſcat. *l. 1. ſub fin. princip. verb. agros noſtros. ff. ſi ager vectigal. Alex. conſil. 86. incip. in cauſa datiorum. num. 2. verſ. non obſtat verbum domini, lib. 1. Schneid. in §. feræ. inſt. de R. D. & A. R. D. n. 5. ſub. fin. verſ. ut nec eis in fundo proprio. Paul. de Caſtr. conſil. 144. incip. videtur dicendum. n. 1. & ſeq. lib. 1.*

4 Contrarium tamen ICti Lipſenſes ad requiſitionem H. von S. *Menſe Septembr. Anno 1633.* reſponderunt: Habet jhr vnd ewre Verfahren auff obgedachtem Werther vor Rechtsverwehrte Zeit euch der Jagten gebrauchet / Wie euch aber der Herr G. zu S. anjetzo in Streit zu ziehen ſich vnterfangen; Ob nun wol die vorerwehnten Verträge darauff vorbehaltner Gerichte der Wichtigkeit nicht ſeyn / daß jhr darumb der bißhero vorn gehabter Jagt entſetzet werden köntet; Dennoch aber vnnd dieweil auß deme in mehrerwehnten Verträgen vermerckte reſervat, daß nemblich die Anlagen des Werthers euch ohne entgeld nicht folgen, ſondern nach anzahl der Ecker verzinſet werden ſollen / ſo viel zu ſchlieſſen / daß hochgedachter Herr Graffe jhme das dominium directum daran vorbehalten / vnd vermöge Churf. Sächſ. Landsordnung / niemand auff des andern Grund vnd Boden / vngeachtet / da es auch gleich auch anders Herkommens / zu jagen befugt iſt: So bleibet es auch darbey allenthalben billich / vnd jhr ſeyd euch des Jagens auff mehrbeſagtem Werther deſſen Anlagen vnd Zubehörung zu enthalten ſchuldig / V. R. W.

5 Quia Comes ille non ſolum habet dominium directum, quod fortius eſt, quàm utile, & utili merito præfertur. *Didac. Covarr. in relect. c. poſſeſſor. extr. de R. I. p. 3. §. 1. n. 2.* Et in dubio appellatione dominij intelligetur directum. *Signor. conſil. 253. n. 2. Br. conſil. 243. incip. fuit quidam. n. 3. ſub fin. verſ. nam ubi de dominio. lib. 1. Tuſch. tom. 2. verb. dominium. concl. 599. n. 23. & ſeq.*

6 Sed etiam territorium, cui in dubio jus venandi magis, quam juriſdictioni vel alicui dominio adhæret. *Petr. Heig. (ubi ita VVittenbergæ in quadam magna cauſa pronunciatum fuiſſe teſtatur) d. quæſt. 15. n. 54. ibi, in eo tamen differentia eſt. & ſeq. part. 1.*

7 Cùm habenti utile dominium non competat jus venandi, ſed ſaltem proprietarijs. *Modeſt. Piſtor. quæſt. ...*

in princip. cum in Facultate. n. 10. ibi, ex prædictis. & num. ſeq. lib. 1. Et licèt in caſu, ubi dominus directus, vel ſuperior territorij concurrit, cum poſſeſſore fundi clientelaris, jus venandi poſſeſſori fuerit adjudicatum, hoc tamen obtinet duntaxat in poſſeſſore fundi feudalis, *Petr. Heig. d. quæſt. 15. n. 54. ſub fin. part. 1.* & proculdubio limitatur, niſi aliud ſtatuto, vel conſtitutione Principis fuerit inductum. Hìc autem aliud eſſe diſpoſitum *in d. ordinat. provinciali, tit.* daß keiner auff des andern Grund vnd Boden. *col. 1. verſ.* vnd einer dem andern auff ſeinem. ex illo verbo Gerichte luculenter apparet, ubi dicitur, daß einer dem andern auff ſein vnd ſeiner Leute Gerichten/ Güter/ Grund vnd Boden zu jagen/ etc. ſich gentzlich enthalten ſolle/ ita ut quis nedum in alterius & ſubditorum fundis, ſed etiam in alterius territorio & juriſdictione venari non poſſit. Ex quâ clauſulâ præcedenti Gerichte meritò ſequens ordina-
8 tio, ubi illa dictio Gerichte omittitur, eſt ſupplenda, cum clauſula præcedens majoris ſit efficaciæ, ad determinationem ſequentium, quam clauſula ſequens ad determinationem præcedentium, *Cagnol. in l. 1. ff. de judic. n. 36. Intrigil. tract. de feud. quæſt. 6. n. 57. Iaſon in l. prætor ait. §. ſi initium. ff. de edend. n. 2. Petr. Heig. part. 2. quæſt. 17. n. 14. Brun. à Sole. verb. clauſula. n. 40.* Præſertim cùm ſequens ordinatio Electoris Auguſti ſe verbis diſertis referat ad præcedentem clauſulam & ordinationem fratris Mau-
9 ritij, unde meritò ſibi locum vendicat, quod referens inſit relato, & ex eo interpretationem, extenſionem & limitationem recipiat. *l. aſſe toto. ff. de heredib. inſt. l. hæc venditio. §. 1. ff. de contrah. empt. Dec. conſil. 47. in princ. Pariſ. conſil. 27. n. 10. vol. 1. Menoch. conſil. 1. n. 93. Veſ. conſil. [illegible] n. 24. vol. 1. Cothm. conſil. 21. n. 209. vol. 3.*

Deci-

Deciſio CLII.

Si alius eſt valor monetæ tempore primæ obligationis, & alius tempore conſtituti, utrum tempus erit inſpiciendum?

SVMMARIA.

1. *Valore monetæ extrinſeco mutato tempus contractus inſpicitur.*
2. *Per conſtitutum vetus actio non tollitur.*
3. *Interventus novæ perſonæ conſtituentis novationem non inducit.*
4. *Per conſtitutum vetus actio tollitur, ſi quoquo modo poteſt percipi à priori actione eſſe receſſum.*
5. *Vel ſi illud, quod eſt in priori obligatione deducitur in ſtipulationem.*
6. *Per conſtitutum à priori obligatione videtur receſſum, ſi conſtituens totam obligationem in ſe ſuſcipit, & debitor liberatur.*
7. *ICtorum Lipſienſium reſponſum affertur.*

1 IN meis concluſionibus practicabilibus *part.2.concl.36. n.1. & ſeqq.* latè dixi, quod valore monetæ extrinſeco mutato, tempus contractus ſit inſpiciendum. Si igitur alius fuit valor tempore obligationis primæ, & alius tempore conſtituti, videtur dicendum, quod tempus primæ obligationis ſit inſpiciendum, & ſecundum il-
2 lud valor monetæ ſolvendus, quoniam per conſtitutum vetus actio vel obligatio non tollitur, ſed is, pro quo quis ſoluturum conſtituit, nihilominus obligatus manet. *l. ubi quis. 28. ff. de conſtit. pecun. ubi gloſſ. verb. manet. Paul. de Caſtr. eod. n. 1. ibi, per conſtitutum. l. item illa verba. ... § ult. ubi Gothofr. ff. eod. l. ſi filius fam. 15. ff. de in rem. verſ.*

3 Nec interventus novæ perſonæ conſtituentis novationem inducit. *Bl. in d. l. ubi quis. 28. ff. de conſtit. pecun.*

n. un. ibi, interventus nova. per tot. per text. in l. ultim. C. de novat.

4 Sed quoniam hæc limitantur, ſi quoquo modo poſſit percipi, quod à priori obligatione receſſum ſit. *Gl. in d. l. ubi quis. 28. ff. de conſtit. pecun. verb. manet. verſ. ſi tamen quoquo modo. & ſeq.*

5 Vel illud, quod fuit in priori obligatione, deducatur in ſtipulationem. *Bl. in l. item illa verba. 18. §. ult. verſ. quæro de uno an eo ipſo. & ſeq. ff. de conſtit. pecun.* Negari autem non poſſit, quod creditor novam obligationem, & chirographum à conſtituente recipiendo, à priori recedere voluiſſe cenſeatur. *Bl. conſil. 399. incip. in libris theſaurariæ. n. 7. verſ. ſit igitur transmutatio. lib. 5.*

6 Maximè, ſi conſtituens totam obligationem in ſe ſuſcipiat, & prior debitor liberatur, & debitor eſſe deſinit. *Bl. d. conſil. 399. num. 7. verſ. & ſiquidem deſinit. & ſeq. lib. 5.* Conſtituensq; ſe tanquam principalem obliget, & die definito & certo, de ſuo ſolvere promittat. *Valent. Franc. de fidejuſſ. c. 5. n. 203. & ſeq. Matth. Coler. de proceſſ. execut. part. 1. c. 10. n. 299. ibi, cæterum an idem ſit. & n ſeq.* Ideoq; merito in caſu, ubi creditor novum chirographum à conſtituente ſe tanquam principalem obligante accipit, per ejuſmodi conſtitutum prior obligatio ſublata cenſetur, & conſequenter quoad valorem monetæ, non tempus prioris obligationis, ſed conſtituti inſpici debet;

7 Prout etiam ita ICti Iuridicæ Facultatis Lipſenſis *Menſe Auguſto Anno 1622.* reſponderunt: Hat Fraw Veronica von Wchteritz Hanſen von Rabiel im 1608. Jahre 1000. fl. vorgeſatzt/ davor ſich Hans vnd Wolff von Schönfeld/ Gebrü-

dere/in Bürgſchafft eingelaſſen/dieſelbe beyde Bürgen aber Anno 1620. am 17. April. dieſelbe obligation anderweit auff ſich genommen/ vnd ermeldter Fraw von Vchteritz eine ſolche obligation wegen der 1000. fl. zugeſtellet/in welcher beſage der Beylage sub A. Hans von Schönfeld auff Löbnitz Principal debitor, vnd ſein Bruder Wolff von Schönfeld/ſelbſtſchuldiger Bürge worden ſeynd/ auch nunmehr erbötig/das Capital an jetziger Landleufftiger Müntze abzutragen/damit aber oberwehnte Fraw von Vchteritz nicht zu frieden/ſondern wil ſolche Müntze haben/ wie ſie Zeit des vorigen vnd Anno 1608. auffgerichteten Contracts gänge vnd gebe geweſen/ daran das Capital der 1000. fl. in Warheit außgezahlet worden; Ob nun wol/ ewerm anziehen nach/ im verſchienen 1620. Jahre den beyden von Schönfeld die creditrix keinen Heller zugeſtellet/ Sondern hat das Capital der 1000. fl. dem von Rabiel/ als dem Principal Schuldner/ zugezehlet ſonſten auch mit dem mutuo vnd außgeliehenen Geldern ins gemein alſo bewandt/ daß darbey die wirckliche Außzahlung erfordert wird/ hierüber in der jüngſten von denen von Schönfeld außgeantworteten Schuldverſchreibung mit außdrücklichen Worten nicht zu befinden/ daß zwiſchen jhnen vnd der Fr. von Vchteritz eine novation getroffen were/ Dennoch aber vnd dieweil die Fraw Creditrix nicht in Abrede/ daß eben die 1000. fl. dafür jetzo/ laut der newen obligation, die Brüder von Schönfeld alleine hafften/ zuvor dem von Rabiel wircklich außgezahlet worden/ ſie aber geſchehen laſſen/ daß die beyde von Schönfeld die vorige obligation in die newe verwandelt/ krafft welcher offtangeregte beyde Brüdere von Schönfeld den Selbſtſchuldiger Hanſen von Rabiel bey der Creditrice loß gemachet/ vnd die von jhme empfangene 1000. fl. auff ſich genommen/ vnd ſich dardurch/ ſo wol Hans von Schönfeld zu einem Principal debitore, mit der Frawen von Vchteritz gutem Willen/ conſtituiret vnd geſetzet; So iſt ſie nunmehr auff die vorige obligation zu dringen/ vnd derſelben nach die 1000 fl. zu

ſpa-

fordern nicht befugt; Es ſind aber die von Schönfeld die 1000. Gülden an ſolche Müntze / wie dieſelbe Anno 1620. den 17. April. genge vnd gebe geweſen / auszuzahlen / vnd damit jhr Brieff vnnd Siegel an ſich zu löſen ſchuldig / V. R. W.

Deciſio CLIII.

Invito Creditori quatenus ante diem ſolvi poßit?

SVMMARIA.

1. *Negativa opinio tractatur.*
2. *Affirmativa opinio defenditur. n. 3.*
4. *Scabinorum Lipſenſium reſponſum affertur.*
5. *Limitationes ad hanc deciſionem referuntur. n. 6. 7. 8. 9. 10.*
11. *ICtorum Lipſenſium reſponſum recenſetur.*

1 QVod ante diem creditori invito ſolvi poſſit, negat *Specul. lib. 4. part. 3. tit. de emphyteuſ. §. nunc aliqua. n. 44. Bl. in l. item illa. 18. ff. de conſtit. pecun. in lect. antiq. n. 1. ſub fin. verſ. deinde nota iſtum textum dum dicit. & in addit. nova ex lectur. antiq. ibid. n. 2. ibi, nota quod creditor. Iacob. Cujac. in l. ſtipulatio iſta. 38. §. inter incertam. ff. de V. O. poſt princ. verſ. quod ſi quæratur an invito creditori. & ſeq. & lib. 23. obſerv. c. 23. incip. debitor qui ſolvit. per tot. per textus in l. item illa. 18. ff. de conſtit. pecun. l. ſi ſoliturus. 39. ff. de ſolut.*

2 Econtra verò affirmat per textus expreſſos *in l. eum qui. 41. §. 1. in fin. l. continuus. 137. §. cum ita. 2. ſub fin. verſ. nam & quod in diem debetur. ff. de V. O. Iaſon in l. ſtipulatio iſta. 98. §. inter certam. 16. ff. eod. (ubi ampliat) n. 1. verſ. intellige iſtam regulam. & ſeq. & in l. eum qui. 41. § 1. ff. eod. n. 4. ibi, ex quo infertur. Phil. Dec. in l. cū tempus. 17. ff. de R. I. n. 4. verſ. idē eſt de*

 quoli-

quolibet alio. & ſeq. Petr. Peck. lib. 5. de teſtam. conj[illegible] num. 2. ſub fin. verſ. & quamvis in alÿs. Ioann. Zanger (ubi ad textus in contrarium allegatos reſpondit) de except. part. 3. [illegible] n. 218. ibi, quod in diem certum debetur. n. 220. & ſeqq. Anton. Faber. (ubi pulchras rationes affert) lib. 1. conject. c. 1. poſt princ. Gœdd. in l. 12. §. 1. ff. de V. S. n. 5. poſt princ. Donell. in d. l. cum qui. 41. §. 1. ff. de V. O. n. 47. & ſeq.

3 Quoniam totum medium tempus ad ſolvendum debitori liberum relinqui intelligitur. *text. expr. in l. ſtipulatio iſta. 38. §. inter incertum. 16. ff. de V. O. l. quod certa 70. ff. de ſolut.* Et dies in dubio potius pro debitore, quam creditore adjicitur. *l. cum tempus. 17. ff. de R. I. Gœdd. in d. l. 12. §. 1. n. 5. verſ. dies quidem. ff. de V. S.*

4 Veluti etiam ita ex reſponſo Scabinorum Lipſenſium *10. Martÿ Anno 1623.* in Cumano P. fuit judicatum: Hat im Monat April Adam Henning / Bürger vnd Lohegerber allhier / bey Hans Kirſten vnd Hans Breitenfeld / in Vormundſchafft Baltzer Kirſtens Kinder zu Eideritzſch / 95. fl. auff drey Jahr lang vmb verzinſung auffgenommen / vnd geborget / vnd bemeldter Adam Henning gegen Creditoren ſich erboten / ſolche 95. fl. an Churf. S. Müntze jhme wieder außzuzahlen / nachdem ſie aber dieſelben von jhme nicht annehmen wollen / iſt er angeregte Summa Gerichtlichen zu hinterlegen verurſachet vnnd bewogen worden: Ob nun wol bemeldte Creditores die 95. fl. von jhme anzunehmen ſich verweigert / Dieweil aber dennoch zur ſelben Zeit / als ſie jhme das Geld gelichen / leichte Schreckenberger im ſchwang geweſen / er auch dergleichen von jhme empfangen / alſo / daß er ſich deßwegen keines Schadens zu beſorgen: So ſind die Kirſtiſchen Vormunden das hinterlegte Geld / wann daſſelbe beneben den vollſtändigen Zinſen deponiret worden / an Churf. S. gängen vnnd geber Müntze anzunehmen ſchuldig / vnd haben ſich darwider [illegible] / daß die Zeit vollkömlich noch nicht verfloſſen, beſtendig[illegible] nicht zu behelffen / V. R. W.

Quod

5 Quod tamen fallit, ſi plus ſolvendum includit in ſe aliud. *Bl. in l. plures. 17. C. de fide inſtrum. n. 8. verſ. contrarium determinat.*

6 Quapropter emphyteuta pro 20. vel triginta annis invito domino non ſolvere poteſt. *Bl. in d. l. plures. 17. n. 8. verſ. quæritur hic. & ſeq.*

7 Item fallit, ſi creditoris intereſt ex eo, quòd probatio ſui juris reddatur difficilior. *Bl. in d. l. plures. 17. C. de fide inſtrum. n. 8. verſ. ſi intereſt creditoris. & ſeq.*

8 Vel ſi dies duntaxat creditoris. *l. qui Romæ. 122. ff. de V. O. l. num quis. 15. ff. de annuis legat. l. ſi ita relictum. 43. §. Pegaſus. 2. ff. de legat. 2. gl. in d. l. item illa. 18. ff. de conſtit. pecun. verb. ad diem. verſ. reſponde forte hic tempus. & in l. ſtipulatio iſta. 38. §. inter certum. 16. ff. de V. O. verb. incertamq;. verſ. niſi gratia. Iaſon eod. n. 3. ibi, in eadem. Zanger de except. part. 3. d. c. 1. n. 219. Philip. Dec. in l. tempus. 17. ff. de R. I. n. 5. verſ. ſecundo prædicta concluſio. Paul. de Caſtr. in l. item illa. 18. ff. de conſtit. pecun. n. 10. ſub fin. & n. ſeq.*

9 Vel utriuſq; tàm creditoris, quàm debitoris gratiâ eſt adjectus. *Iaſon in l. qui Romæ 122. in princ. ff. de V. O. 4. in ſin. verſ. vel utriusq;. & ſeq.*

10 Vel pecunia aut quid aliud curſu temporis corrumpi vel deteriori poteſt. *Bl. in d. l. plures. 17. (ubi hoc diligenter vitandum dicit) C. de fide inſtrum. n. ult. & in l. in annalibus. C. de legat. n. 2. verſ. item quis intereſt. Iaſon in d. l. ſtipulatio iſta. 38. § inter certum. 16. ff. de V. O. n. 3. verſ. hinc eſt quod qui. & ſeq. & in l. qui Romæ 122. ff. eod. n. 4. (ubi reſtringit) ibi, adde quod ſi aliquis. & ſeq. Dec. in d. l. cum tempus. 17. ff. de R. I. n. 6. Petr. Peck. de teſtam. conjug. lib. 5. d. c. 25. n. 2. ſub fin. verſ. uxor tamen.* Et ideo, ſi debitor pecuniam ideo, quod nimis ſit ærroſa, & mox tolli poteſt, credi-

 tori

tori ante diem abſq; denunciatione ohne vorgehender Loßkündigung / quæ utriuſq; favore adjecta cenſetur, ſolvere & obtrudere velit, & creditor non habet, unde eam vel in comparationem bonorum collocare, vel ſub uſuris exponere poteſt, ſolutionem meritò recuſare poteſt, nec invitus tenetur eam ante diem accipere,

11 Veluti etiam ita ICti Lipſenſes ad requiſitionem *I.C.L.* zu Pfaffendorff *Menſe April. Anno 1623.* pronunciarunt: Ob nun wol der debitor vorgewandt / weil die drey Jahr jhme / als dem debitori, zum beſten angeſetzet / vnd in conſenſu gar nicht gemeldet worden / daß er die drey Jahr eben außzuhalten / vnd vor verflieſſung derſelben die Wiederbezahlung zu thun nicht befuget ſeyn ſol / jhme auch vngelegen / die Zinßgelder / weil er ſich anjetzo davon liberiren könte / vff ſich zu behalten; Dennoch aber vnnd dieweil dieſes vnmündiger Kinder Geld / der conſens vnd die darleihung derſelben vff drey Jahr gerichtet / Solche aber noch nicht verfloſſen / die Gelder auch gebührender maſſen nicht auffgekündiget / vnd in ſo geſchwinder eil füglichen nicht wieder vnter zu bringen; So können auch die Vormunden vor gentzlicher verflieſſung der geſatzten drey Jahr / die Wiederzahlung ſolcher dargeliehenen 100. fl. anzunehmen wider jhren Willen nicht gedrungen werden / V. R. W.

Deciſio CLIV.

De interpellatione vel denunciatione ſolutionis faciendæ, vulgo* Loſſe oder Auffkündigung / *quid juris?

SVM-

SVMMARIA.

1. *Caſus recenſetur.*
2. *Qui plus facit quam debet, bene facit, & laudandus eſt.*
3. *Caſus deciditur.*
4. *Permittens labi tempus, cenſetur ſuo iuri renunciare.*
5. *In mora eſſe dicitur, qui ſcit vel ſcire debet, ſibi aliquid incumbere, & non facit.*
6. *ICtorum Lipſienſium reſponſum affertur.*

1 QVidam in nundinis Paſchalibus Lipſenſibus Anno 1622. alicui 6000. florenos mutuò dedit, ad annum, hoc addito, ut ſi alterutri hoc mutuum amplius non placeret, unus alteri dimidio anno in nundinis Paſchatis vel Michaëlis notum faceret, Sols jhm ein halb Jahr zuvor auffkündigen/ contingit, quòd debitor 24. Octobr, ejuſdem anni 1622, ſtatim poſt nundinas Michaelis ſuo creditori hoc ſignificaret, eumq; de illis 6000. florenis in nundinis paſchalibus anni 1623. ſolvendis certioraret, dubitabatur, an denunciatio ſolutionis juſto tempore fuerit facta? Pro debitore faciebat, quòd die 24. Octobr. & ita à tempore certiorationis factæ uſq; ad nundinas Paſchales Lipſenſes (tunc temporis) non ſolum dimidius annus, qui ex 26. Septimanis & paucis diebus conſtat. *l. ita vulneratus. 51. §. aſtimatio autem. 2. ff. ad l. Aquil. & l. cum hæres. 4. §. Stichus. 5. ff. de ſtat. liber.* ſed etiam viginti novem integræ ſeptimanæ, & ita plus, quam dimidius annus reſtabat, & ideo debitor meritò audiendus videbatur, quoniam qui plus facit, quam debet, be-
2 nè facit. *l. cum furti. 9. ff. de in litem iurand.* & laudandus eſt, qui non minus ſed plus facit, quàm debet. *arg. l. 15. cum quo. ff. de aqua pluv. arcend. l. ſi arborem. ff. de S. V. P. Specul. lib. 4. part. 3. tit. de emphyteuſi. §. nunc aliqua. n. 44. verſ. unde quia facit plus. & ſeq.*

Sed

3 Sed ego de hoc caſu conſultus diverſum reſpondi per doctrinam *Paul. de Caſtr. conſil. 88. incip. videtur [illegible] dum præfatum. num. 1. & ſeq. per tot. lib. 2.* qui per [illegible] *Thais ancilla. §. intra. ff. de fideicomm. libertat.* dicit, [illegible] certum tempus pro interpellatione facienda eſt expreſſum, quòd illud præciſe obſervari debeat, nec eo elapſo interpellatio, moræ purgatio, & pecuniæ oblatio, admittatur, etiam infra paucos dies;

4 Quoniam permittens labi tempus cenſetur ſuo juri renunciare. *Tiraq. de retract. ligmag. §. 4. gl. 1. n. 2. verſ. ubi dicit quod lapſus. Roman. conſil. 431. incip. in terminis. n. 1. Surd. conſil. 52. n. 34. Bologn. in addit. ad Ioann. de Anan. conſil. 32. n. 14.*

5 Et quis in morâ dicitur, ſi ſcit, vel ſcire debet, aliquid ſibi incumbere, & illud non facit. *Paul. de Caſtr. in d. conſil. 88. num. 1. ſub fin. verſ. & in mora dicitur eſſe. lib. 2.* Nec purgatio moræ admittitur, ubi dies vel tempus certum eſt expreſſum. *Alex. conſil. 125. n. 6. lib. 3. & conſil. 157. incip. viſo themate. n. 4. verſ. nec habet obſtare. lib. 6. Bl. in L. magnam. 13. C. de contrah. ſtipulat. num. 6. Andr. Rauchb. quæſt. 3. n. 10. part. 1.* Præſertim hoc in caſu, ubi creditoris ſummè interfuit, ei denunciationem illam in ipſis nundinis fuiſſe factam, quoniam tunc alijs pecuniam illam offerre, & ſub uſuris credere potuiſſet, quod ei per ejuſmodi ſeram denunciationem fuit ablatum, & ideo, purgatio moræ & pecuniæ ſolutio eò minus admitti poterat. *Bl. conſil. 250. incip. ſi tibi dedi. num. 1. verſ. & ſi non interſit. lib. 3. in l. plures. 17. C. de fide inſtrum. n. 8. [illegible] ſi intereſt. & ſeq.*

6 Quemadmodum etiam in hanc ſententiam ICti Lipſen-

Lipſenſes *22. Martij Anno 1623.* ad conſultationem S. B. zu N. reſponderunt: Ob nun wol ewer debitor dafür helt / daß er die rechte Auffkündigungszeit gehalten / vnd jhr ſolche anzunehmen ſchuldig / weil er auch die Auffkündigung den 24. Octobr. gethan / vnd euch das Schreiben den 27. ejuſdem inſinuiret worden vnd daß ſo man à tempore inſinuationis anrechnete / biß an die Zahlwochen des künfftigen Leipzigiſchen Oſtermarcks / es 29. Wochen weren / vnnd alſo mehr denn ein halb Jahr die Auffkündigung zu befinden: Dennoch aber vnd dieweil allzeit dahin zu ſehen / weſſen die Contrahenten ſich miteinander verglichen vnd verſprocken / auß der vns zugeſchickten Copeylich Haupt-Verſchreibung aber zu vernehmen / daß die Auffkündigung nicht nur bloß auff ein halb Jahr geſetzet / Sondern mit dieſer qualitet vmbſchrencket / vnd reſtringiret, daß die Zinßreichung vnd Auffkündigung von halben Jahren zu halben Jahren / als in dem Leipzigiſchen Oſter- vnnd Michaelismarck erfolgen ſol / Welchen terminum vñ Auffkündigung ewer debitor nicht in acht genommen / vnd nachdeme die Auffkündigung reguliret, ſondern dem zwiſchen euch bewilligten pacto der Auffkündigung zu wider gehandelt / welche moram er durch die 29. Wochen nicht purgiren kan / in deme er nach außgangs der Zahlwochen etliche Tage hernacher die Auffkündigung gethan / vnd dieſes ewer merckliches intereſſe iſt / daß do der Zeit im Marcke der Termin der Auffkündigung gehalten / jhr ewer Gelder deſto beſſer hinwieder verſprechen vnd vnterbringen können / welche gelegenheit auch durch ſeine moram entſtanden; So iſt auß dieſen vnd andern in ewer Frage mehr angezogenen rationibus ſo viel zu befinden / daß jhr die wider ewer pactum, die nicht zu rechter Zeit euch auffgekündigten Gelder wider ewer Willen anzunehmen nicht ſchuldig /

V. R. W.

Deciſio CLV.

Si dos diverſis filiabus diverſis temporibus in diverſo valore eſt ſoluta, quid juris in ultima dote?

SVMMARIA.

1. *Caſus formatur.*
2. *Tempus contractus quoad mutationem monetæ etiam in dotis promiſſione attenditur.*
3. *Caſus deciditur. n. 6.*
4. *Collatio dotis ad conſervandam æqualitatem eſt inducta.*
5. *Ne inter liberos invidia contrahatur.*
7. *Favore dotis in dubio non quod minimum, ſed quod maius eſt, ſpectamus. 8. 9.*
10. *Ratione æqualitatis inter liberos ſervandæ multa admittuntur, quæ aliàs non concederentur.*
11. *JCtorum Lipſenſium reſponſum affertur.*

1 VVOlffgangus L. civis Lipſenſis primarius, habebat tres filias, quarum primam circa annum 1598. quo imperialis 25. alteram vero Anno 1614. ubi imperialis 30. argenteos valebat, & tertiam An. 1621. ubi imperialis ſex, ſeptem & pluribus florenis expendebatur, elocavit, & unicuiq; 2000. florenos dotis loco promiſit, ſummè igitur dubitabatur, in quanam moneta & valore tertia filia poſt mortem Patris à coheredibus dotem poſcere poſſet; Quod tempus initi matrimonij & dotis promiſſæ Anno 1621. debeat inſpici, inde videbatur concludendum, quod mutato vel variato valore monetæ ſemper inſpici debeat tempus contractus, ut in meis concluſionibus *part. 2. concluſ. 30. n. 5. & ſeq.* dixi.

Quod

2 Quod non minus in dotis promiſſione, quàm in alia diſpoſitione locum habet *l. ſi pater. 44. §. quæ debitorem. 1. verſ. actione verò de dote. l. quod ſemiplura. 45. ff. de jure dot. ubi gl. verb. nuptiarum. & in l. nuptura. 57. verb. eo tempore. ff. eod.*

3 Contrarium tamen reſpondi, quod ſcil. reliquæ filiæ ſeu ſorores ad evitandam inæqualitatem teneantur, vel ſuas dotes in eo valore, quo eam acceperant, conferre. *l. 1. & tot. tit. ff. de dotis collat. ubi VVeſenb. in comm. n. 1. & ſeq. Ripa in l. quantum. ff. ad l. Falcid. n. 153. Bl. conſil. 37. incip. quoniam re melius. n. 5. verſ. quia ex quo. & conſil. 49. incip. quæſtio iſta. n. un. verſ. ita demum ſibi. lib. 2.*

4 Cùm collatio dotis ad conſervandam æqualitatem eſt introducta. *Gl. in l. illud. C. de collat. verb. impoſuerit. verſ. item quando emergit. Bl. in d. conſil. 37. n. 5. verſ. nam alia res. & ſeq. lib. 2.*

5 Ne inter eas contrahatur invidia. *Bl. in d. conſil. 37. n. 5. verſ. eſſet magna inæqualitas. & ſeq. lib. 2.*

6 Vel ſi conferre nolunt vel non poſſunt, ultima filia dotem in eo valore, quo eam prima filia accepit, petere poſſit, ita ut hoc in caſu dubio & ancipiti veniat, quod eſt majus, per doctrinam *gl. in l. nuptura. 57. verb. contrarium. verſ. ſed hoc dotis eſt. ff. de jure dot. quem ſequitur Bald. Novell. tract. de dote. part. 6. privileg. 73. n. 1. verſ. fallit niſi ex cauſa dotis. & privileg. 74. incip. & lex prædictis. n. 1. per tot. Iaſon in l. ſi ita ſcriptum. ff. de legat. 1. n. 21. ibi, tertio fallit. Raph. Fulgoſ. in l. cum is. §. ſi mulier. ff. de condict. indebit. n. 3. Philip. Dec. in l. ſemper in obſcuris. 9. ff. de R. I. n. 7. verſ. ſecundo regula*
7 *fallit. & ſeq.* qui dicunt, quòd hoc ſit privilegium dotis ut regula *l. ſemper in obſcuris. ff. de R. I. & c. in obſcuris. 30. eod. in 6.* in ea non obtineat, ſed in caſu dubio favore dotis id, quod majus eſt, debeatur.

8 Et quamvis contrarium ſtatuat, & etiam in dote minorem ſummam eſſe ſpectandam, dicat. *Iaſon in l. ſi ita ſtipulatus. 12. ff. de V. O. (ubi hanc veriorem & communem rem vocat) n. 2. in princ. & verſ. tamen præcedens. & ſeq. per gl. in l. ſi pater. 44. §. quæ debitorem. 1. ff. de jure dot. verb. in dotem. verſ. & ſic minorem. & ſeq.*

9 Sed quoniam ſententiam & intellectum *gl. in d. l. ſi pater. §. quæ debitorem. 1. verb. in dotem. quem ſequitur Iaſon in d. l. ſi item ſtipulatus. 12. n. 2.* non verum, ſed contra favorem dotis, & mulieris, & contra infinita jura, & contra caſum *in l. nuptura. ff. de jure dot.* eſſe dicant. *Bald. Novell. tract. de dote. part. 6. privil. 74. incip. & ex prædictis. n. 1. verſ. & poteſt dici pro conſtanti. & ſeq. usq. ad fin.*

10 Hicq; non ſolùm favor dotis, ſed etiam ratio æqualitatis inter liberos ſervandæ concurrit, cujus favore multa admittuntur, quæ aliâs de jure non conceduntur. *Aymon. Cravett. conſil. 133. incip. honorabilis Stephanus. n. 7. verſ. non propter æqualitatem. & ſeq. Cephal. conſil. 733. n. 15. verſ. quæ concluſio. & ſeq. lib. 5. Dec. conſil. 122. incip. pro tenui. n. ult. verſ. nam propter æqualitatem. & ſeq.*

11 Ideoq; ſecundum hanc aſſertionem ad requiſitionem T. H. civis Lipſenſis *Menſe Febr. Anno 1623.* etiam ICti Lipſenſes reſponderunt: Wann nun gleich / als jhr euch mit gedachten Wolff L. dritten Tochter verehelichet / jetzo ganghafftige Müntze gültig geweſen / Dennoch aber vnd dieweil die erſte Tochter / da der Reichsthaler nicht vber 25. gr. vnd die andere Tochter / da er nicht vber 30. gr. gegolten / jhre Mitgifft an altem Golde bekommen; So seynd deſſen Erben / ewers Weibes Mitgifft wegen / an ſolche Gelde / wie die erſte Tochter mit bekommen / euch zu befriedigen / oder gedachte beyde Töchter jhre Mit-

gifft

gifft in dem Werthe wie ſie die Reichsthaler / oder ander ſchwer Geld empfangen / in die gemeine Erbſchafft zu bringen ſchuldig / V. R. W.

Deciſio CLVI.

Si valor monetæ variè mutatur, & alius ſit tempore contractus, alius tempore ſolutionis, & alius intermedio tempore, an creditor intereſſe, quanti plurimi petere poſſit?

SVMMARIA.

1. *Æſtimatio quanti plurimi obtinet ſaltem in ijs rebus, quæ creſcunt & decreſcunt.*
2. *Pecuniæ æſtimatio certa eſt.*
3. *In pecunia non habetur ratio intereſſe. n. 10.*
4. *Ipſius pecuniæ fœnerandi uſus ſtabilis, diuturnus, & continuus non eſt.*
5. *Mutatio & excreſcentia momentanea an etiam conſideratur. n. 9.*
6. *Iudicij Curialis VVittenbergenſis reſponſum affertur.*
7. *Caſus præſens deciditur.*
8. *Augmentum monetæ habetur pro intereſſe extrinſeco.*
11. *Scabinorum Lipſenſium reſponſum recenſetur.*
12. *ICtorum VVittenbergenſium ſententia affertur.*
13. *Limitatio ad hunc caſum traditur.*
14. *Dies interpellat pro homine.*
15. *Extraiudicialis interpellatio, quatenus debitorem in mora conſtituit. n. 16.*
17. *Intereſſe vel æſtimatio quanti plurimi non in obligatione, ſed venit officio iudicis.*
18. *ICtorum Lipſenſium reſponſum refertur.*

1 COncludendum videtur, quod Non, quia ejuſmodi æſtimatio quanti plurimi obtinet ſaltem in iis rebus, quæ creſcunt & decreſcunt, *Jaſon in l. vinum. 22 ff. de reb credit. n. 18. poſt princ. verſ. quia nos loquimur & ſeq.*

2 Quod in pecunia mutuo data fieri non poteſt, cùm certa ſit nummorum æſtimatio. *l. nummis 5. verſ. cum certa ſit nummorum æſtimatio. ff. de in litem jurand.*

3 In illis intereſſe ratio non habeatur. *Bl. conſil. 291. incip. quæſtio talis eſt quidã Martinus. n. 5. poſt med. verſ. aut vis facere venire. lib. 1.* Et pecuniâ omnes res & merces æſtimari, rebus verò & mercibus pecunia æſtimari non poſſe, *textus eſt in l. ſi ita fidejuſſorem. 42. ſub fin. ff. de fidejuſſorib.* Nec quicquam de ejuſmodi intereſſe, & lucro ceſſante in jure reperitur, niſi quod in textu *l. lex quæ 22. poſt med. verſ. huic accedit quod ipſius pecuniæ. Cod. de adminiſtr. tutor.*

4 quod ipſius pecuniæ fœnerandi uſus vix diuturnus, vix continuus & ſtabilis ſit, & in *l. ideo. 4. ff. de eo quod certo loco dare oport.* quod in alijs locis facilius & levibus uſuris, alijs verò difficilius & gravibus uſuris pecunia invenceretur, dicatur. Quod tamen non de ipſius pecuniæ eſſentia & bonitate immutabili, ſed de uſuris, & uſu fœnerandi accidentali & variabili accipi debet. Et ſi vel

5 maximè ipſa pecunia varietur & creſcat, hæc tamen excreſcentia eſſet momentanea, ſit contra ipſius pecuniæ eſſentiam, & ideo non conſideranda, nec exinde debitor ad intereſſe quantiplurimi condemnandus eſt. *Immol in l. precia rerum. 63. in fin. ff. ad l. Falcid. Chriſtoph de Caſtel. in l. vinum. 22. ff. de reb. credit. ſi certi. pet. in 1. col.*

6 Veluti etiam ita DD. judicij curialis VVirtembergenſis *Menſe Octobr. Anno 1624.* ad requiſitionem Johann. B.

Falck-

Falcknern Amptsvoigte zu Weiſſenfels/ reſponderunt: Wann nun gleich ewer Schuldner auff beſtimbten Termin mit der Wiederzahlung nicht inne gehalten/ auch ferner/ ob jhr ſchon darumb angehalten/ damit ſeumig geweſen/ dardurch jhr/ weil die Müntze damals hoch gegolten/ ewerm Bericht nach/ in Schaden geſetzet worden; Dennoch aber/ vnd dieweil die Verſchreibung auff obgeſatzte Stücke gerichtet/ vnd wie dißfals die Wiederzahlung geſchehen ſol/ klare maſſe gibt/ So möchten dahero/ vnd allen Vmbſtänden nach/ ewers Schuldners Wittwe vnd Erben ein mehrers/ als die verſchriebenen Stücke vnd auffgelauffenen Zinſen außtragen/ zu entrichten wider jhren Willen nicht angehalten werden/ V. R. W.

7 Contrarium tamen tenet *Bl. in l. vinum. 22. ff. de reb. credit. ſi cert. petat. n. 23. ſub fin. verſ. ſed nunquid in moneta eſt idem. & n. ſeq.* qui verbis diſertis dicit, quod idem ſit in moneta, quod in alijs rebus, & ideo ſi mutavi tibi decem florenos, & poſtea mutatus ſit valor monetæ, & poſt moram valuit florenos tres libras, qui nunc valet duas, teneris mihi ſolvere decem florenos, & illud plus. Cujus aſſertionem etiam ſequitur, & multis defendit *Marian. Socin. Sen. conſil. 6. incip. prædict. n. 1. & ſeq. part. 1.* Eandem etiam opinionem jam ante hos tenuit *Br. in l. cum quid. 3. ff. de reb. credit. n. 17. verſ. quandoq; non mutatur pecuniæ bonitas. & ſeq. & in l. cum certum. 10. ff. de auro & argent. legat. n. un. verſ. certè debet debitor. uſq; ad fin. & in l. Paulus reſpondit. 99. ff. de ſolution. n. 6. ſub fin. verſ. ſed ſi debitor fuiſſet in mora. & n. 8. ſub fin. verſ. ſed ſi tu poneres. & ſeq.* qui utrobiq; dicit, quod diſpoſitio *l. vinum. 22. ff. de reb. credit. ſi cert. petat.* non minus in pecunia vel moneta, quàm in vino & alijs ſpeciebus procedat, & ideò ſi valor pecuniæ extrinſecus mutetur, & plus, quàm tempore contractus valuit, & debitor fuit in mora, debitor non ſolùm pecuniam illam mutuò acceptã, ſed etiam illud plus ſolvere debet, quæ ſequitur

Paul. de Caſtr. in d. l. Paulus reſpondit. ff. de ſolut. n. 4. verſ. item intereſſe. & verſ. ſeq. uſq; ad fin. Matth. de Afflict. deciſ. 194. incip. filiusfam. duxit. num. 3. verſ. nec obſtat quod dicit. & ſeq. Quia etiam in pecunia, quod ſua intereſt, quis petere poteſt, ſi nummi præfixo die non ſunt redditi. *d. l. nummis. 5. verſ. niſi fortè de eo. ff. de in lit. jurand.* Et experientia teſtatur, valorem monetæ etiam extrinſecam creſcere & augeri, *uti in meis concluſionibus part. 2. concl. 36. latiſſ. mè dixi. Oldr. conſil. 13. incip. cum quæſtio. n. un. per tot. & conſil. 31.*
8 *incip. thema tale eſt. n. un. per tot.* qui valor ſeu augmentum monetæ pro intereſſe extrinſeco habetur. *Curt. Iun. in d. l. vinum. 22. ff. de reb. credit. ſi cert. petat. n. 20. & ſeq. Alex. in l. ſi marito. §. ſi fundum. ff. ſolut. matrim. Cagnol. in l. curabit. 5. C. de act. on. empt. n. 47. & ſeq.* Notum autem eſt, quòd etiam in pecunia vel moneta veniat intereſſe extrinſecum, puta æſtimatio damni, in quod creditor propter moram debitoris incidit. *Bl. conſil. 291. n. 5. ſub fin. verſ. ergo oportet dici. lib. 1. Franciſc. Aretin. conſil. 9. col. 2. verſ. ſed venio ad tertium. Tuſch. tom. 4. verb. intereſſe. concluſ. 297. n. 23.*

9 Et licèt hæc mutatio & excreſcentia monetæ ſit momentanea, quæ parum durat & contra monetæ ſubſtantiam fiat, tamen & illa momentanea mutatio vel excreſcentia in conſiderationem venit, ut rectè animadvertit *Iaſon in d. l. vinum. 22. ff. de reb. credit. ſi cert. pet. col. 6. n. 13. verſ. ſed contrarium tenet & ſeq. Cæſar Urſill. in addit. ad Matth. de Afflict. d. deciſ. 194. n. 2. verſ. loquens etiam quod prædicta. & ſeq.* Idq; ita in odium moroſi debitoris receptum eſt. *Iaſon in d. l. vinum. 22. num. 18. verſ. odio moroſi.*

Aliàs

Aliàs enim inter moroſum debitorem & illum, qui ſtatuto tempore ſolvit, nulla eſſet differentia, cùm etiam hic pecuniam in eo valore, qui fuit tempore contractûs ſolvere teneatur. *Matth. de Afflict. d. deciſ. 194. n. 4. ut in meis concluſionibus part. 2. concl. 36. n. 5. & ſeq.* Quod tamen dici non debet, ſed ſemper differentia inter debitorem moroſum, & alium eſt facienda.

10 Non obſtante, quòd in pecunia intereſſe non cadat, quia hoc ſaltem procedit in intereſſe intrinſeco, ſecus eſt, in intereſſe extrinſeco. *Bl. d. conſil. 291. incip. quæſtio talis eſt quidam Martinus. n. 5. poſt med. vol. 1.*

11 Atqui ita etiam Scabini Lipſienſes ad conſultationem Johann Balthaſar Falcknern Amptsvoigt zu Weiſſenfels/ *Menſe Januar. Anno 1625.* reſponderunt: Habet jhr am 18. Novembr. Anno 1617. Mathes Ackermannen zu Weide/ 200. ſtück Reiniſcher Goldgülden/ 60. ſtück Ducaten/ 267. gantze Philipsthaler/ vnd 192. fl. an Schreckenbergern/ auff ein Jahr lang geliehen vnd vorgeſtreckt/ dargegen er euch mit des Ampts Conſens vnd Einwilligung ſeines Freyesgut vnd Forberg zum wircklichen Vnterpfande eingeſetzet vnnd verſchrieben/ vnnd weil der Schuldner mit der Wiederzahlung zu beſtimpter Zeit nicht jnne gehalten/ vnd inmittels die Müntze hoch geſtiegen/ vnd die Ducaten/ Reiniſche Goldgülden vnd Philipsthaler ein groſſes agolten/ habet jhr jhne zwar zum offtern gemahnet/ die Wiederzahlung aber/ deſſen vngeachtet/ nicht erfolget/ biß nunmehr die Müntze herunter/ vnd benamte Sorten auff n alten Werth reſetzet worden; Ob nun wol jetzo gedachter Schuldner Matthes Ackerman/ oder deſſen Erben/ vermeynen/ daß/ wann ſie die verſchriebene Anzahl der Goldgülden/ Ducaten vnd Philipsthaler in ſpecie entrichten/ ſie von euch weiter nicht belanget werden können; Dieweil ſie aber dennoch in mora ſolvendo geweſen/ jhr aber/ woferne er zu rech-

ter Zeit mit der Wiederzahlung inne gehalten / angeregte ſpecies der Goldtgülden/Ducaten vnd Philipsthaler / vmb ein hohes an werden können/So ſeynd auch mehrberührtes Ackermans Erben/ durch jren verzug/ euch den verurſachten erweißlichen Schaden vnd enzogenen Nutz / auff vorgehende liquidation vnd Ermeſſigung/ zugleich nebenſt dem verſchriebenen Capital vnd Zinſen/ geſtalten Sachen zu erlegen ſchuldig / V. R. W.

12 In quam ſententiam etiam ICti VVittenbergenſes jam antea *Menſe Auguſto Anno 1622.* ad requiſitionem Nickel Persmannen / Bürgern zu Grimme / pronunciarunt: Auff ewer vierdte vnd letzte Frage erachten wir Rechtens. Würde der von Starſchedel/ wann die Reichsthaler wieder fallen ſolten / den mit jhme getroffenen Kauff wollen gehalten haben / vnd er hette ein mehrers/ als auß den vberſchickten Acten zu vernehmen / darwider nicht einzuwenden / auff ſolchen Fall were er euch neben der Kauffſumma/ verſprochenen 2000. Reichsthaler in ſpecie, vnd 20. fl. Müntze/ die durch ſeine nichthaltung verurſachte Vnkoſten vnnd Schäden/ auff vorgehende liquidation vnd moderation, zu bezahlen vnd zu erſtatten ſchuldig/ V. R. W.

13 Quod tamen procedit, ſi debitor judicialiter fuit interpellatus, & in mora conſtitutus.

14 Quamvis enim regulariter dies ſolutionis appoſitus à contrahentibus, interpellat pro creditore, & conſtituit debitorem in mora. *l. magnam. 12. C. de contrah. ſtipulat. Iaſon in d. l. vinum. 22. ff. de reb. credit. ſi cert. petat. (ubi hoc eleganter multis modis ampliat) n. 9. ibi, tertio principaliter nota. & ſeq. & in l. ſi ex legali cauſa. 23. (ubi etiam ampliat & limitat) ff. de V. O. n. 12. & ſeqq.*

15 Et ad conſtituendum debitorem in mora ſufficit etiam interpellatio extrajudicialis. *elegant. Iaſon in d. l. vinum. 22. ff. de reb. credit. ſi cert. petat. (ubi etiam ampliat) n. 18.*

n. 15. ibi. & ex prima parte. & n. ſeq. & in l. ſi ex legali cauſa. 23. (ubi etiam ampliat & limitat) ff. de V.O. n. 15. ibi, in ultima quæſtione. n. 20. & ſeqq.

16 Hoc tamen obtinet ſaltem in ijs, quæ debentur alicui jure obligationis vel actionis, non verò in his, quæ non jure obligationis, ſed officio judicis duntaxat veniunt, in quibus extrajudicialis interpellatio debitorem non conſtituit in mora. *Br. in l. cum poſtulaſſem. (ubi per illum textum, quem ſingularem & hoc non alibi ita expreſſe eſſe dicit) in princ. ibi, interpellatio extrajudicialis. ff. de damno infecto. & in l. ubi exigetur. 8. §. is autem 1. n. un. verſ. lex contraria loquitur in ijs. & ſeq. ff. de edend. Iaſon in d. l. vinum. 22. n. 15. poſt med. verſ. primò limita ut procedat. & ſeq. & in d. l. ſi ex legali cauſa. ff. de V. O. n. 16. verſ. iſtam regulam quod interpellatio.*

17 Cùm igitur ejuſmodi æſtimatio & intereſſe quantiplurimi non ſit in obligatione, nec veniat jure actionis, ſed ſaltem officio judicis. *Iaſon in d. l. vinum. 22. n. 18. ante med. verſ. ratio diverſitatis eſt. & paulò pòſt verſ. vera ſolutio eſt quam ponit. & ſeq. ff. de reb. credit. ſi cert. petat. Br. eod. n. 15. ibi, devenitur ad æſtimationem. & n. 17. verſ. poteſt implorare officium.* Merito placuit, quòd per ejuſmodi diei appoſitionem & extrajudicialem interpellationem debitor non conſtituatur in mora, adhoc, ut intereſſe quantiplurimi præſtare teneatur.

18 Veluti etiam ICti Lipſenſes *Menſe Decemb. Anno 1624.* ad petitionem Johann Balthaſar Falcknern / Amptsvoigt zu Weiſſenfels/ reſponderunt: Ob nun wol / ewerm Bericht nach/ ihr gemeldtem debitorn, nach verflieſſung der beſtimbten Zahlungsfriſt/ vnd ſonderlich zu der Zeit / da die Müntzſorten ſo hoch gegolten vnd geſtiegen / die Wiederzahlung zu thun/ außſerhalb

Gerichts zum offtern erſuchet / daſſelbe aber von jhme nit beſcheh-
hen / vnd es dahero ſcheinen möchte / als ob er in mora geweſen/
vnnd deßwegen nunmehr ſeine Erben euch das Intereſſe vnd Ab-
gang an dem gefallenen Werth der Müntzſorten zu erſtatten ſchul-
dig; Dennoch aber vnd dieweil jhr / als gedachter debitor, auff
ewer extrajudicial Anſuchen die Zahlung nicht geleiſtet / denſelben
nicht Gerichtlich deßhalben ferner interpelliret vnd beſprochen/
ſondern ſeinem Verzuge nach geſehen / vnd ſolchen nicht verfolget/
noch geklaget/ vnd dardurch die angefangene moram remittiret,
vnd die Schuld bey jhme lenger ſtehen laſſen / vnd deßwegen keine
beſtendige mora dißfals vorhanden / So ſeyd jhr auch dahero von
obbenandtes ewers debitorn Erben das Intereſſe des auffgeſtie-
genen vnd nunmehr wieder gefallenen Werths der Müntzſorten zu
fordern nicht befugt / Sondern wann ſie euch die außgeliehenen
Reiniſche Goldgülden / Ducaten vnd Philipsthaler / inhalts der
Schuldverſchreibung / in eadem ſpecie & numero, Stück vor
Stück / neben den verfallenen Zinſen / wieder entrichten / damit be-
gnüget zu ſeyn ſchuldig / V. R. W.

Deciſio CLVII.

Beneficium l. 2. C. de reſcind. vendit. *an adverſus tertium ſingularem poſſeſſorem locum habeat?*

SVMMARIA.

1. *Affirmativa ſententia cum declaratione defenditur. n. 2 n. 3. 4 n 5. 6.*
7. *ICtorum Lipſenſium pronunciatum refertur.*

1 ITa quidem concludit, duobus tamen hiſce concurrentibus, primo, ut emptor ille, qui decepit & læſit venditorem non ſit ſolvendo, ſecundo, ut tertius ſingularis ſucceſſorem teneat ex cauſa lucrativa vel ſaltem pro eodem injuſto precio, & ex contractu eodem in juſtitiæ morbo laborante. *Bl. in l. rem majoris. 2. C. de reſcind. vendit. n. 40. n. 41. verſ. mihi an videtur ex æquitate. & ſeq. Didac. Covarr. lib. 2. var. reſolut. c. 3. incip. quemadmodum ſatis. n. 10. ibi, prima concluſio auxilium. & ſeq. Tiraq. (ubi nullum refragari teſtatur) in l. ſi unquam. 8. C. de revocand. donat. verb. revertatur. n. 329. ibi, attende lector.*

2 Alioquin, ſi tertius ſingularis poſſeſſor rem acquiſivit juſto precio, titulo emptionis vel ſimili, contra eum beneficium *l. 2.* locum non habet. *Didac. Covarr. lib. 2. var. reſolut. d. c. 2. n. 10. verſ. ſecunda concluſio actio.*

3 Etiamſi primus emptor non ſit ſolvendo *Covarr. d. num. 10. verſ. quam quidem perperam intellexit. & ſeq.* Licèt contrarium velit *Fabian. de Monte tract. de empt. vendit. quæſt. 8. princip.*

4 Niſi ſecundus emptor ſciverit, rem cum læſione ultra dimidiam fuiſſe venditam. *Didac. Covarr. lib. 2. var. reſolut. d. c. 3. n. 10. verſ. tertia concluſio actio perſonalis. Andr. Fachin. lib. 2. controverſ. c. 18. incip. communis eſt poſt princ. verſ. quod ſi proponuntur. Arius Pinell. in l. 2. C. de reſcind. vendit. p. 2. c. 1. n. 35. ibi, ſin autem in aliquibus. & ſeq. Alex. conſil. 92. incip. perſpectis his. n. 8. verſ. & ſubdunt ſi teneremus. lib. 1.*

5 Et quamvis generaliter *Paul. de Caſtr. in l. 2. C. de reſcind. vendit. n. 16. ibi, in quinta quæſtione. & ſeq. Aym. Cravett. conſil. 7. incip. Eynimundus. n. 7. verſ. ſimiliter ſi acturus eſſet & ſeq. Alex. d. conſil. 92. n. 7. in fin. verſ. & adhoc etiam adduco. &*

n. 8. lib. 1. Iaſon in l. 1. §. ſi hæres præcepto. 16. ff. ad SC. Trebell. n. 7. ibi, item ad iſtam regulam. & in l. ult. ff. de nov. oper. nunciat. 5. verſ. item pro iſta concluſione facit.

6 Et indiſtinctè, etiamſi ſingularis poſſeſſor rem ex titulo lucrativo habeat, & primus emptor non ſit ſolvendo, beneficium *l. 2.* contra tertium ſingularem poſſeſſorem locum habere neget *Arius Pinell. in l. 2. C. de reſcind. vendit. part. 2. c. 1. n. 32. ibi, ego verò ſi præcedens. & n. ſeq. quem ſequitur Andr. Fachin. lib. 2. controverſ. c. 18. verſ. quare contrariam ſententiam. & ſeq.*

7 Prima tamen opinio eſt æquior & communior ſecundùm quam etiam ICti Lipſienſes ad requiſitionem M. G. *18. May Anno 1623.* reſponderunt: Ob nun wol ſonſten das remedium *l. 2. C. de reſcind. vendit.* den læſis in precio ultra dimidium nicht allein wider des Keuffers Perſon / ſondern auch dem tertium, welcher die verkaufften Güter titulo lucrativo, oder vmb gleichmeſſigen geringen Werth an ſich gebracht / zu erfüllung des rechten halben Werths zu gebrauchen / im Rechten nachgelaſſen ; Dennoch aber / vnd dieweil jhr euch mit Welckern dahin verglichen / daß die reſtirende 15440. fl. Kauffſumma mit dem Nachſchuß der 1500 fl. Paphäne erſetzet worden / vnd jhr dieſelbe an ſolchen Müntzſorten / ſo damals 15440. fl. vor voll golten vnd außgetragen, vergnüget vnd bezahlt bekommen vnd angenommen / daß alſo tempore contractus & ſolutionis, welche an damals gäng vnnd geber Müntze zur gnüge / vnd dem geſchloſſenen Kauffe gemeß geſchehen / keine læſion, viel weniger vber den halben Werth zu befinden vnd anzuziehen / So ſeyd jhr auch dem Kauffer / Caſpar Welckern / oder den tertium poſſeſſorem, der læſion halber / geſtalten ſachen nach / zu belangen nicht befugt / Von Rechts wegen.

Deci-

Deciſio CLVIII.

Coronidis loco annectere placuit, an Imperator cauſas in Camera Imperiali pendentes avocare, & ad ſuam aulam trahere poſſit?

SVMMARIA.

1. *Imperator cauſas in Camera pendentes avocare non poteſt.*
2. Dem Cammergericht ſol ſein ſtarcker Lauff gelaſſen werden.
3. *Camera cum Imperatore habet concurrentem iuriſdictionem.*
4. *Vbi plures iudices concurrunt, & inter eos datur præventioni a, vocatio locum non habet. n. 39.*
5. *Avocatio ſine imperio non fit.*
6. *Imperator non habet imperium vel iuriſdictionem in Cameram, n. 40.*
7. *Imperator per modum contractûs in Cameræ ordinationem conſenſit. n. 43.*
8. *Avocatio non habet locum, ſi inferioribus iudicibus iuriſdictio competit per modum contractûs.*
9. *Iudicium Cameræ, non ſolùm ab Imperatore, ſed etiam ab alijs ſtatibus conſtituitur. n. 11.*
10. *Superior non poteſt cauſas avocare, ſi non habet poteſtatem magiſtratum inferiorem tollendi. n. 44.*
12. *Nemo poteſt cauſas à iudice, quam ipſe ſolus non conſtituit, avocare. n. 45.*
13. *Epiſcopus non poteſt cauſas ab Archidiacono vel prælato avocare. n. 14. n. 46.*
15. *Archiepiſcopus an poteſt cauſas ab Epiſcopo avocare.*
16. *Camera in cauſis ad ſe devolutis Imperatorem non veretur. n. 47.*
17. *Cauſam ad Imperatoris aulam devolutam Camera avocare nequit. n. 48. 49.*

18. Im-

18. *Imperator contra privilegia primarum inſtantiarum* [illegible] *non poteſt Electores & principes iuris dicendi cauſa* [illegible] *avocare, vel cauſam aliis delegare vel committere.*

19. *Contraria opinio authoris* [illegible] *de hoc caſu n. 30 35.*

20. *Textus* in l. judicium ſolvitur. 58. ff. de judic. *de ordinaria iuriſdictione eſt accipiendus.*

21. *Superior quamcunque cauſam ab inferiore avocare poteſt.*

22. *Imperator per ordinationem Cameræ ius avocandi à ſe non abdicavit.*

23. *Iuriſdictio regulariter cumulativè, & non privativa conceſſa videtur.*

24. *Imperator in iuriſdictione cum quovis ſubdito & inferiore concurrit.*

25. *Imperatoris authoritas in omnibus conceſſionibus & confirmationibus intelligitur illæſa.*

26. *Avocatio permittitur, ſi inferiori iuriſdictio pro adiuvatione Imperii conceditur.*

27. *Iudicium Cameræ non eſt ſtatuum Imperii, ſed ipſius Imperatoris.*

28. *Avocatio locum habet, ſi inferior ſub ſuperioris ſigillo proceſſus decernit.*

29. *Imperator cum Electoribus non indiſtinctè in omnibus cauſis Cameræ omnimodam iuriſdictionem dedit.*

31. *Marchio omnibus ſuis iudiciis inferioribus poteſt inhibere.*

32. *Imperator omnibus Regibus etiam hodie eſt maior, & dignitate præfulget.*

33. *Rex Franciæ cauſas in Parlamento pendentes poteſt avocare.*

34. *Imperator & Rex Franciæ quoad poteſtatem pari paſſu ambulant.*

36. *Poteſtas, qui aſſeſſorem deputavit, poteſt eundem etiam revocare.*

37. *Doctor debet intelligi ſecundum textum allegatum. n. 38.*

41. *Ad ordinationem Cameræ requiritur confirmatio Imperatoris.*

42. *Ex confirmatione ſuperioris præſumitur inferior recognoſcere iuriſdictionem.*

50. *Ex confirmatione iudicii ſignum ſuperioritatis colligitur.*

51. *Propter ius confirmandi ſuperior cenſetur habere poteſtatem avocandi.*

1 COmmunis quidem eſt DD. concluſio, quod non. *Andr. Gail. lib. 1. obſer. 41. incip. de jure communi. n. 3.* [illegible]

Rudolph. Schrad. de feud part. 10. ſect. 1. n. 18. ibi. ex hac ratione. Hyron. Vult. in l. 1. C. juriſdict. n. 173. poſt med. verſ. atq; hac ratio eſt & ſeq. Petr. Heig. quæſt. 9. incip. in tractatione. n. 34. ibi, ex quibus efficitur. & ſeq. part. Ioach. Schepl. z. in conſuetud. Brandenburg. part. 2. tit. 6. §. 1. n. 11. verſ. hinc cum in ordinatione. & ſeq. qui unanimiter tradunt, quod Imperator cauſas, in Camera pendentes, nec motu proprio, nec ad partis inſtantiam avocare, & ad ſuam aulam trahere poſſit, per textus in der Cammergerichtsordnung zu Wormbs/ *Anno 1495. rubr.* Das Cammergericht ſol ſeinen ſtarcken Lauff haben. *Item* zu Augſpurg *Anno 1555. ſub fin. princ. verſ.* wie auch alle *reſcripta, commiſſiones. & part. 2. art. 30.*
2 ubi dicitur, daß das Cammergericht ſeinen ſtarcken Lauff haben / vnd daran weder durch reſcripta, commiſſiones, reſtitution, ſupplication, AVOCATION, oder andere ſuſpenſion, gehindert werden ſol.

3 Idq; ideò, quòd Camera cum Imperatore habeat concurrentem juriſdictionem. *Gail. lib. 1. obſer. 29. incip. controverſia erat. n. 3. & d. obſer. 41. n. 8. verſ. & cum ea juriſdictionem. & obſer. 121. incip. certum & indubitatum. num. 1. Roſenth. de feud. c. 12. concluſ. 1. n. 32. Rutger Ruland in addit. ad proceſſ. Ioann. Ferrar. Montan. part. 2. lib. 2. c. 1. §. ad ſ. reſtat. verſ. nam licet concurrentem. pag. 85. Ioann. Zanger de except. part. 2. c. 3. incip. tertia exceptio. n. 6.*

4 Vbi autem plures judices habent concurrentem juriſdictionem, & intereſt, locus eſt præventioni, avocatio locum non habet. *Didac. Covarr. lib. 1. quæſt. practic. 9. incip. diximus non ſemel. n. 3. ſub fin. verſ. quarto hinc jure pontificio probatur. Vult. in l. 1. C. de juriſdict. n. 173. verſ. ubi igitur judices. & ſeq.*

5 Quoniam avocatio non fit ſine imperio, & quorum par eſt juriſdictio, illa a ſe invicem cauſſas avocandi poteſtatem non habent, cum par in parem non habeat imperium. *Herm. Vult. in d. l. 1. C. de juriſd. n.* [illegible] *verſ. hinc apparet quorum. pag. mihi 103. Andr. Gail. lib. 1. d. obſer. 41. n. 8. ſub fin. & n. ſeq.*

6 Imperatorem autem non habere imperium & juriſdictionem in Cameram innuere videtur *Gail. lib. 1. d. obſerv. 41. n. 5. & n. 8. ſub fin. Ioann. Bodin. in method. hiſtor. c. 6. col. 13. n. 224. poſt princ. pag. 360.*

7 Accedit, quod imperator per modum contractus in ordinationem Cameræ conſenſit, & ideo ad ejus obſervantiam etiam de jure communi obligatur *l. digna vox. 4. C. de legib. l. ex imperfecto. 4. C. de teſtam. Zaſ. conſil.* [illegible] *incip. in cauſa executionis. n. 6. vol. 2. And. Gail. lib. 1. d. obſer.* [illegible] *n. 4. ibi, nam Imperator. & ſeq. Matth. Coler. conſil. 1. n.* [illegible] *quæ conſtitutiones. vol. 1. Roſenth. de feud. c. 12. concluſ. 1. n.* [illegible] *verſ. & juriſdictiones. & ſeq.*

8 Si autem inferioribus juriſdictio competit ex contractu communiter, DD. tradunt, quòd ſuperior cauſas avocare, & ad ſuum forum trahere non poſſit *Natta conſil. 408. incip. quod Princeps. n. 7. vol. 2. Schrad. de feud.* [illegible] *multi ibidem allegati) part. 10. ſect. 1. n. 180. poſt med. verſ. &* [illegible] *juris eſt Ioach. Scheplitz in conſuetud. Brandenburg.* [illegible] *tit. 3. §. 6. n. 3. verſ. ſicuti & tum. & ſeq.*

9 Hocq; vel ideo magis, quòd judicium Cameræ tam ab imperatore, quàm à ſtatibus Imperii confirmatum, & adhuc uſq; continuatum, ſoli Imperatori non fas ſit abolere, tollere & removere. *Gail. lib. 1. d. obſer.* [illegible] *n. 4. verſ. accedit quod judicium. & ſeq.*

Cet-

Digitized by Google

10 Certum autem eſt, quod ſuperior non poſſit cauſas ad inferiorem cognitionem pertinentes avocare, & ad ſuum forum trahere, ſi ille non habet liberam poteſtatem magiſtratum inferiorem pro ſuo arbitrio deſtituendi & tollendi. *Bl. in l. 1. C. quemod. & quando judex. n. 19. verſ. & ſi ab alio. & in l. 1. ff. de offic. conſul. n. 12. ſub fin. verſ. niſi ſuperior habuerit. Paul. de Caſtr. in l. nemo. 4. C. de juriſdict. n. 2. verſ. ideo præſes. Schrad. de feud. part. 10. ſect. 1. n. 180. poſt med. verſ. & certum eſt quod ſuperioribus. & ſeq. Didac. Covarr. lib. 1. pract. quæſt. 9. incip. diximus non ſemel. n. 4. verſ. nihilominus liberum ei non eſt. & ſeq. Ioach. Schepliz in conſuetud. Brandenburg. part. 2. tit. 3. §. 6. num. 3. verſ. & hoc abſq. dubio. & ſeq.*

11 Præſertim cùm Camera Imperialis non à ſolo Imperatore, ſed etiam ab alijs Electoribus, Ducibus & ſtatibus Imperij conſtituatur, conſervetur, & Aſſeſſoribus ornetur. Cammergerichtsordn. *part. 1. tit. 1. §. 1. & ſeq. & tit. 2. & ſeq.*

12 Nemo autem cauſas à judice, quem ipſe ſolus non conſtituit, avocare poteſt. *Bl. in l. judicium. 58. in 1. lect. ff. de judic. n. 2. Covarr. lib. 1. pract. quæſt. 9. n. 1. verſ. hoc jus avocandi. & n. 4. verſ. quid ſi dux. & ſeq.*

13 Vnde cùm Archidiaconus non ab Epiſcopo, ſed à Pontifice ponitur, Epiſcopus eidem ne indicet, inhibere, vel ab eodem cauſam avocare non poteſt. *Paul. de Caſtr. in d. l. judicium. 58. in 1. lectur. ff. de judic. n. 6. verſ. ut in Archidiacono. & n. 7. Bl. eod. in 1. lectur. 12. verſ. nec Epiſcopus poſſet. & ſeq.*

14 Veluti etiam Epiſcopus à Prælato vel Plebano ſibi ſubjecto, propterea, quòd is non ab Epiſcopo, ſed à

Capitulo eligatur, & à ſuperiore confirmetur, cauſam avocare nequit. *Archidiacon. in c. de perſonis. 11. q. 1.* [illegible] *refert & ſequitur Bl. in d. l. 1. ff. de off.* [illegible] *n. 12.* [illegible] *quæritur. & in d. l. judicium. 58. ff. de judic.* [illegible] *n. 2. in princ. Paul. de Caſtr. eod. in 2. lect. n. 1. verſ. &* [illegible] *tat Iaſon consil. 144. incip. circa primum dubium n.* [illegible] *verſ. per id quod decidit. & n. ſeq. vol. 2.*

15 Nec etiam Archiepiſcopus Metropolitanus, ab Epiſcopo ejus ſuffraganeo ob eandem rationem, *Franciſc. Ripa in c. cum M. extr. de conſtit. n. 195. Vide* [illegible] *lib. 1. d. pract. quæſt. 9. n. 2.*

16 Vlterius, quia Camera in cauſis ad ſe devolutis authoritatem Imperatoris non veretur, cùm pariter cum eo habeat juriſdictionem. *Andr. Gail. lib. 1. d. obſer. 41.* [illegible] Vbi autem inferior non veretur authoritatem ſuperioris in actu, quem facit, ſuperior per viam ſupplicis querelæ cauſam non poteſt avocare, ſed ſaltem judicem inferiorem negligentem ad juſtitiam faciendam excitare. *Bl. in d. l. judicium. 58. ff. de judic. in 2. lectur. n. 2. verſ. ſed diverſum eſt quando inferior. & ſeq. uſq. ad fin.*

17 Deniq;, quia cauſa ſemel ad Imperatoriam Majeſtatem devoluta, & ejus cognitioni ſubjecta, ab eadem avocari & ad illud tribunal, puta Cameræ, Auſtrigarum vel ſtatuum Imperij trahi & deferri non poteſt. [illegible] *Matth. Coler. d. consil. 1. n. 311. poſt med. verſ. ad ultimam quæſtionem, puta, an illuſtriſſimi. num. 312. & ſeqq. uſq. ad fin.* Ergo a contrario cauſa etiam in judicio Cameræ pendens avocari, & ad forum Imperatoris devolvi nequit.

18 Quemadmodum etiam videmus, quòd Imperator non poſſit contra primarum Inſtantiarum privilegia

der Außträge / Electores & Principes juris dicendi cauſa ad aulam avocare, vel cauſarum iſtarum dejudicationem alijs delegare eſt committere. *Reſenh. de feud. c. 12. concluſ. 1. incip. primum ergo hujus. n. 3. & ſeq. & num. 15. ibi, omiſſa igitur. & ſeq. Andr. Knichb. quaſt. 11. incip. Principum tam ſupremi. n. 11. ibi, ubi ex hac ratione concludit, part. 1.*

19 Ego tamen his omnibus non obſtantibus pro Imperatoriæ Majeſtatis reputatione conſervanda & tuenda, in cauſa Georg Burckharden vnd Melchior von Steinberg/ Gebrüdern zu Weyſenſtein / contra Bartholden von Reineberg vnd Johannam von Gladeberg Wittwen von Steinberg consultus *Menſe Martio Anno 1622.* contrarium reſpondi per textum *in d. l. judicium ſolvitur. 58. ff. de judic.* ubi verbis diſertis dicitur, quod judicium ſolvitur vetante eo, qui judicare poſſit, vel majus imperium in eadem juriſdictione habet;

20 Qui textus non de temporali, puta mandata vel delegata juriſdictione, ut perperam voluit *Bl. in d. l. judicium ſolvitur. 58. vol. 1. Paul. de Caſtr. eod. n. 1. Matth. Coler. de proceſſ. execut. part. 2. c. 1. n. 162.* ſed de ordinaria juriſdictione accipi debet, ſcil. ſuperior quamcunq; cauſam

21 à judice inferiore ordinariam juriſdictionem habente avocare poſſit, ut rectius animadvertit *Paul. de Caſtr. in d. l. judicium. 58. in lect. Avenionenſi. n. 1. verſ. fallit in principe. & ſeq. Iaſon conſil. 144. incip. circa primum. n. 3. verſ. & licèt ille textus. vol. 2. Bl. in l. 1. C. quomod. & quando judex. n. 19. verſ. ſiquidem inferior. & ſeq.* Prout etiam ex illo textu generalem concluſionem extruunt, & aſſerunt, quod dominus ſuperior cauſam ab inferiore juriſdictionem

à ſe recognoſcente liberè avocare, & ei mandare poſſit, ut judicare ſuperſedeat, quouſq; ipſe dominus viderit, an juſtitia, an vero injuſtitia fiat. *elegant. Alber. Brun. conſil. 92. incip. nemini dubium eſt. n. 1. & ſeq. per Ioan. Ab. in l. 1. C. quomod. & quando judex. n. 19. poſt princ. verſ. ſiquidem inferior. Covarr. lib. 1. pract. quæſt. 9. num. 4 verſ. tamen.*
Et quamvis judicium Cameræ conjunctim tàm ab Imperatore, quàm ab Electoribus, Ducibus & alijs ſtati-
22 bus Imperij conſtituatur & conſervetur, per hoc tamen Imperator jus avocandi à ſe non abdicavit, cùm Imperator alicui communitati juriſdictionem ordinariam vel delegatam concedens non videtur, ita, & ad eum effectum conceſſiſſe, ut ipſe non poſſit ſe de cauſis intromittere, & eas avocare, ſed ut ſolummodo civitas vel communitas ordinariam juriſdictionem habeat. *Albert. Brun. conſil. 47. incip. viſis dubijs ad me tranſmiſſis. col. 1. ſub ſ. n. verſ. & conſiderato hoc. & ſeq.*

23 Maximè cum in dubio regulariter juriſdictio cumulativè & non privativè conceſſa videatur, ita ut per conceſſionem non cenſeatur ſublata illi, qui prius eam habuit, ſed ut utriq; competat. *Alber. Brun. d. conſil. 47. col. 2. verſ. ad quod etiam facit. & ſeq. Roland. à Vall. conſil. 1. n. 52. verſ. licet alias ſecus. & conſil. 48. num. 25. vol. 2. Menoch. lib. 2. præſumpt. 18. n. 1. & ſeq. num. 26. & lib. 1. arbitr. judic. quæſt. 4. n. 3. & ſeq. Muſcorn. de juriſdict. n. 34. & ſeq. Bl. conſil. 126. incip. Rex Romanorum. n. ult. lib. 1. Felin. in c. paſtoralis. 11. extr. de offic. judic. ordinar. n. 2. verſ. regulariter concedendum. Franciſc. Ripa tract. de peſte. c. de remed. præſervat. contra peſtem. 4. n. 61. Iaſon in l. qui eorum. 24. §. ſi quis poſt.*

pen. §. ff. de legat. 2. n. 7. Balb. de præſcript. part. 1. part. 5. princ. quæſt. 11. n. 8.

24 Quod vel tantò magis in Imperatore procedere debet, qui concurrit in juriſdictione cum quovis ſubdito. *Bl. in c. in princ. c. quis dicat. dux, Marchio & Comes. & in c. 1. in princ. tit. qui feud. dare poſſ. Albert. Brun. d. conſil. 47. col. 2. verſ. quod tantò magis procedit. & ſeq. Thom. Gramm. deciſ. 30. incip. in cauſa excellentis. n. 10.*

25 Et in omnibus conceſſionibus, conſtitutionibus & confirmationibus ſemper authoritas ſuperioris reſervatur illæſa. *Bl. in l. qui ſe patris. C. unde liberi. n. 34. verſ. item in conceſſis. Thom. Gramm. d. deciſ. 30. n. 3. Iacob. Menoch. lib. 2. præſumpt. 18. n. 2.* Inprimis, cum judicium Camerale non ideo, ut Imperatoriæ Majeſtati derogetur, ſed ut moleſtiarum judicialium duntaxat ſarcina minuatur, ſit conſtitutum. *Petr. Heig. quæſt. 9. incip. in tractatione rerum. n. 32. ibi, & vel maximè. part. 1.*

26 Vbi autem inferiori juriſdictio tribuatur pro adjuvatione Imperij ſuperioris, ut inter eos quaſi communio ſit, & ſocietas muneris, tunc ſuperior cauſas ab inferiore avocare non prohibetur. *Matth. Coler. de proceſſ. execut. part. 2. c. 1. incip. promiſimus in prima. num. 160. verſ. & quod alibi. junct. n. 162. verſ. vel quando inferiori juriſdictio. Iacob. Menoch. lib. 2. præſumpt. 18. incip. diſputatio eſt egregia. n. 9. ſub fin.* Aliàs enim quòd in favorem & ſublevamen Imperatoris eſſet inductum, in ejus odium & deſpectum retorqueretur, contra textum *in l. quod favore. 6. C. de legib. l. legata. 14. ſub fin. princ. ff. de adim. legat. l. nulla 25. ff. de legib. c. quod ob. 61. de R. I. in 6. Everhard. in topic. in loco. 103. n. 3.*

Quâ

27 Quâ de cauſâ etiam fit, quod judicium Camerale non peculiare ſtatuum ſeu Imperij, ſed ipſius Cæſaris vel Imperatoris, Käyſerliche Cammergericht ſit, & dicatur, & ſub ejuſdem nomine & ſigillo expreſſo omnia mandata promulgantur & expediuntur, non aliter ac ſi Imperator ipſe faceret. *Cammergerichtsordn. part.3.tit.12.§.* vnd ſo ſolche *citation. Roſenth. de feud. c. 12. concluſ. 1. n. 29. verſ. ſed & omnia. Regn. Sixtin. de regalib. lib. 1. c. 4. n. 8. ante med. verſ. ejus nomine & ſigillo. Petr. Heig. d. quæſt. 9. n. 16. & ſeq. part. 1.*

28 Sed ubi judicium inferius, ſub ſuperioris nomine & ſigillo proceſſus decernit, & ſimilia expedit, avocatio rectè à ſuperiore fieri poteſt *elegant. Albert. Brun conſil. 92. incip. nemini dubium eſt. col. 1. n. 2 verſ. & prædicta magis clara reddantur. & ſeq. Alex. conſil. 1. n. 14. verſ. ad hoc etiam facit. vol. 2.*

29 Maximè hoc in caſu, ubi Imperator unà cum Electoribus & reliquis ſtatibus Imperij Cameræ non indiſtinctè & generaliter in omnibus cauſis plenam & omnimodam, ſed ſaltem ſpecialem conſtrictam & diſtributivam juriſdictionem concesſerit, *late Regn. Sixtin. de regalib. lib. 1. c. 4. n. 8. per tot.*

30 Si autem per ſtatutum vel conſtitutionem alicui judicio, & ejus Aſſeſſoribus ſpecialis & diſtributiva juriſdictio eſt data, tunc poteſtas (cujus vicem hoc in caſu ex ordinatione Cameræ zu Augſpurg *Anno 1555 in proœm. circa med. & tit. 1. §. 1. & ſeq.* obtinet Imperator) qui illos Aſſeſſores deputat & confirmat, eam per ſe ipſum exercere poteſt, cùm Aſſeſſores (ut ſit in caſu

præ-

præſenti Cammergerichtsordn. *part. 3. d. tit. 12. §.* vnd ſo ſolche *citation. & ſeq.)* exerceant eam nomine poteſtatis. *Bl. in l. 1. ff. de offic. conſul. n. 1. verſ. & imo licet per ſtatutum. Felin. in c. paſtoralis. 11. extr. de offic. & poteſt. ordin. n. 2. verſ. tamen poteſtas qui illos. & ſeq.*

31 Facit etiam, quòd Marchio omnibus ſuis judicibus in ſua Marchia degentibus, poſſit inhibere, inprimis, ſi ſint per ipſum Marchionem deputati. *Bl. in d. l. judicium ſolvitur. 58. in 1. lect. ff. de judic. n. 3. Iaſon conſil. 144. incip. circa primum dubium. n. 5. verſ. idem tenet. vol. 2.*

32 Ergo idem, & quidem multò magis facere poterit Imperator, cùm is omnibus Regibus, alijſq; Principibus, quamvis ſuperiorem non recognoſcentibus, hodie etiam ſit major & dignitate præfulgeat. *Regn. Sixtin. de regalib. lib. 1. c. 4. num. 8. verſ. ſunt enim. 14. & ſeq. pag. 71.* Præſertim, cùm hic verſemur in caſu dubio & ancipiti, dum ex una parte de jurisdictione Cameræ ampliandâ agatur, ex altera verò parte pro conſervanda Imperatoriæ Majeſtatis reputatione pugnetur. Hujus autem potiorem quàm illius rationem eſſe, patet ex ijs, quæ tradit *Albert. Brun. conſil. 92. incip. nemini dubium. col. 1. n. 4. verſ. nec contradictio aliqua. & ſeq.*

33 Vnde etiam evenit, quod Rex Franciæ cauſas coram Parlamento Pariſienſi pendentes avocare, & ad ſuum conſilium trahere poſſit, ut multis evincit *Iaſon d. conſil. 144. incip. circa primum dubium videretur. num. 1. & n. 2. ſub fin. verſ. ſed præmiſſis non obſtantibus. n. 3. & ſ. q. vol. 2. Didac. Covarr. lib. 1. pract. quæſt. d. c. 9. incip. diximus non ſemel. n. 3. poſt princ.*

34 Ergo idem licebit Imperatori, cùm Rex Franciæ & Imperator quoad poteſtatem & juriſdictionem, quam uterq; in ſuo regno & Imperio habet, æquiparentur, *Specul. lib. 4. part. 3. tit. de feud. §. 1. n. 28. Carol. Ruin. conſil. 2. pr-incip. in hoc dubio. n. 5. verſ. & quamvis. lib. 1. Regn. Sixtin. de regalib. lib. 1. c. 4. n. 8. ſub fin. verſ. & quoad ea de Camera judicio. & ſeq.* Aliàs ea, quæ *Ioann. Bodin. in method. hiſtor. c. 6. col. 57. verſ. de Imperatoribus Germanorum. pag. 266. & de Republ. lib. 2. c. 6. col. 10. n. 223. verſ. & quoniam pleriq; imperium Germanorum. pag. 358. & lib. 4. c. 1. col. 41. n. 390. ſub fin. verſ. aliud item exemplum habemus. pag. 610.* in contemptum, & extremam extenuationem Imperatoriæ Majeſtatis & Poteſtatis, quòd ſcil. jura Majeſtatis non ſint penes Imperatorem, ſed penes Imperij Principes inferiores, & Civitatum legatos, & Imperator in Camera nihil præcipui habeat &c. evomit, eſſent vera; Quæ tamen notoriè falſa, & à veritate aliena eſſe, multis oſtendit *Regn. Sixtin, de regalib. lib. 1. c. 4. num. 8. ibi, mirum vero. & ſeq. per tot.*

35 Nec quenquam turbare debent, textus ex ordinatione Cameræ in contrarium adducti; Quia illi non de ipſo Imperatore, ſed de aliis Electoribus, Principibus & ſtatibus Imperii intelligendi hanc cauſam dubitandi habuerunt: Cùm enim iudicium hoc Cameræ Electores, & reliqui ſtatus Imperii quodammodo conſtituant, & certos Aſſeſſores eò deputare teneantur. Cammergerichtsordn. *part. 1. tit. 1. §. 1. & ſeq. & tit. 2. & ſeq.* videbatur dicendum, quòd etiam Electores, & reliqui ſtatus Imperii illud iterum revocare, vel cauſas ab eo retrahere poſſint, quoniam poteſtas, qui depu-

tavit

36 tavit Aſſeſſorem poteſt eundem etiam revocare. *Bl. in d. l. judicium ſolvitur. 58. in 1. lect. ff de judic. n. 2. ibi, ſecundò nota quod poteſtas. & ſeq.* Sed ne confuſio inducatur, hac ratione non obſtante. *in d. ordinatione Cameræ. part. 2. tit 35.* Electores & alij Principes & ſtatus Imperij ſeſe obligarunt, quòd hoc judicium Cameræ nec per inſtitutionem, nec per ſupplicationem, vel avocationem aut alium modũ turbare velint, ſed ordinationi illi debitã obedientiam præſtare debeant. Quòd autẽ *in d. tit. 35.* non de ipſo Imperatore, ſed de Electoribus & aliis Principibus & ſtatibus Imperii dicatur, verba illa, Auch daß Churfürſten / Fürſten vnd gemeine Stände derſelben gebührlichen Gehorſamb leiſten ſollen/ etc. manifeſtò evincunt, ubi obligatio, paritio & obſervantia non ad Imperatorem, ſed ad ſolos Electores, Principes & reliquos ſtatus Imperii reſtringitur; Et ideò merito perſona Imperatoris excepta erit. *Iacob. Menoch. lib. 2. præſumpt. 18. n. 3. & ſeq. Matth. Coler. conſil. 1. n. 323. & ſeq.*

37 Vnde etiam DD. contrariam ſententiam defendentes corruunt, quoniam illi pro ſe allegant *d. tit. 35.* & ideò meritò ſecundùm legem vel conſtitutionem allegatam debent intelligi. *Br. in l. non ſolum. §. ſi liberationis. ff. de liberat. legat. n. 7. ſub fin. Iaſon in repetit. l. admonendi. 31. ff. de jurejurand. n. 176. verſ. dictum enim Doctoris. Everhard. in loco à ratione legis ad reſtrictionem ipſius legis. 78. num. 2. VVeſenb. conſil. 2. n. 2. & ſeq. Hartm. Piſtor. quæſt. 30. n. 21. &*
38 *ſeq. part. 1.* Etiamſi relatio aliquanto aliter ſe habeat, quàm relatũ. *Alex. conſil. 9. n. 12. verſ. & hoc ſaltem in caſu. vol. 5. Iacob. Ayrer. in l. un. C. de errore calcul. n. 53. verſ. quod verum eſt etiamſi. & ſeq.*

39 Nec movet, quòd inter judices, qui inter ſe concurrentem juriſdictionem habent, & inter quos præventioni locus datur, avocatio locum non habeat; Quia hoc ſaltem obtinet in judicibus inferioribus, quibus à ſuperiore juriſdictio æqualiter eſt conceſſa, ſecus eſt in ipſo Imperatore juriſdictionem concedente. *elegant. Bl. in l. non exigimus. 2. §. ſi quis municipalis ff. ſi quis cautionib. n. 3. verſ. quod quando judices non ſint pares. [illegible] verſ. nec poteſt ſuperior. Thom. Gramm. deciſ. 30. incip. in cauſa excellentis. n. 7. & n. 9. ſub fin. Covarr. lib. 1. pract. quæſt. [illegible] ſub fin. & n. ſeq.*

40 Et quamvis avocatio ſine imperio non contingat, negatur tamen Imperatorem non habere imperium vel juriſdictionem in Cameram, uti multis oſtendit *Regner. Sixtin. de regalib. lib. 1. c. 4. num. 8. ante med. verſ. & quantum ad Cameram attinet. & ſeq. pag. 68.*

41 Quòd etiam inde patet, quod ad conſtitutionem & ordinationem Cameræ requiritur confirmatio Imperatoris. Cammergerichtsordn. zu Augſpurg *Anno 155[illegible] in præfat. circa med.*

42 Ex ejuſmodi autem confirmatione ſuperioris præſumi, quod judicium inferius à confirmante recognoſcat juriſdictionem, & confirmans majus habeat imperium. tradit *Iaſon d. conſil. 144. incip. circa primum dubium. n. [illegible] ſub fin. verſ. quod autem Parlamentum. & n. ſeq. vol. 2.*

43 Nec verum eſt, quòd Imperator per modum contractus in ordinationem Cameræ conſenſerit, contrarium enim, quod nullus cum Cameralibus judicibus & Imperatore contractus interceſſerit, ſed inter Cæſa-

rem & ſtatus Imperij de forma ſaltem judicij aliquid certi conſtitui placueſit, tradit *Petr. Heig. quæſt. 9. incip. in tractatione rerum. n. 14. & ſeq. part. 1.*

44 Quod vero dicitur, ſuperiorem, qui non habet liberam poteſtatem pro ſuo arbitrio magiſtratum inferiorem deſtituendi &abrogandi, non poſſe cauſas avocare, obtinet etiam ſaltem in inferioribus judicibus, non item in Imperatore vel Rege. *Didac. Covarr. lib. 1 pract. quæſt. 9. n. 4.*

45 Veluti etiam illud quod ſupra *n. 11. & ſeq.* in contrarium eſt allegatum, locum habet, duntaxat ſi avocans omninò nihil ad conſtituendum judicem inferiorem fecit, ſecus ſi ejus factum ſimul acceſſit, & inferior ſaltem aliquo modo nomine ſuperioris juriſdictionem exercet, tunc avocatio rectè permittitur. *Paul. de Caſtr. in l. judicium ſolvitur. 58. in 2. lect. ff. de judic. n. 1. verſ. & vide quod notat. & ſeq.* Quòd autem Imperator ad conſtitutionem judicij Cameralis non parum, ſed multum faciat, ipſe illud confirmet, caputq; & judicem illius judicij ſolus conſtituat, & alia facere poſſit, quæ reliquis Electoribus & Principibus non permittuntur, & quòd Camera ſub ejus nomine, titulo & ſigillo juriſdictionem exerceat, & omnia expediat, luculenter patet ex Cammergerichtsordnung. *in præfat. circa med. & part. 1. tit. 1. §. 1. & ſeq. & part. 3. tit. 12. §.* Vnd ſo ſolch. *Regn. Sixtin. de regal. lib. 1. c. 4. n. 8. verſ. & quantum ad Cameram attinet. & ſeq.*

46 Nec quicquam urgent exempta ſuprà *n. 13. 14. & ...* adducta. Præterquam enim, quòd contrarium di-

certè ſtatuat *Innoc. in c. cum ab Eccleſia. extr. de off. & poteſt. judic. ordinar. quem ſequitur Iaſon conſil. 144. incip. circa primum dubium. num. 6. verſ. ſecundo reſpondetur. vol. 2.* Ea etiam loquuntur tantum de Epiſcopo, non de Rege vel Imperatore, in quibus non procedunt. *Iaſon d. conſil. 144. n. 6. ibi, qui reſpondetur quod non loquitur. vol. 2. & in l. 1. ff. de offic. conſul. n. 12. ibi, duodecimo quæritur. poſt med. verſ. ut vicarij Epiſcopi.*

47 Nec abſolutè conceditur, quod Camera authoritatem Imperatoris non vereatur, multi enim ſunt caſus, in quibus Camera Imperatoris authoritatem veretur, & ſine ejus proviſione & diſpoſitione nihil facere audet, de quibus latè *Regn. Sixtin. de regalib. lib. 1. d. c. 4. n. 8. ante med. verſ. & quantum ad Cameram attinet. & ſeq. pag. 68. & ſeq.*

48 Et licèt Camera cauſas ad Imperatoriam Majeſtatem devolutam avocare non poſſit, non tamen à contrario ſequitur, quòd idem Imperatori etiam non li-
49 ceat, quoniam Imperator ſuam authoritatem, poteſtatem & juriſdictionem non à Camera, ſed ab univerſo populo privativè habet. *§. ſed & quod Principi. inſt. de I. N. G. & C. l. 1. ff. de conſtit. Princ. Muſcorn. de juriſdict. n. 15.* E contrà verò Camera totam ſuam authoritatem & juriſdictionem à Cæſare, & ejus confirmatione non privativè, ſed cumulativè adepta eſt. *Cammergerichtsordnung in præfat. circa med. verſ. vnd fürder jhrer Liebde. & part. 1. tit. 1. §. 1. & ſeq.* Ideoq; mirum non eſt, quòd Imperator poſſit cauſas à Camera avocare, ſed non econtra Camera ab aula Imperatoris, quoniam qui dat juriſdictionem,

nem, poteſt etiam eam tollere. *Novell. de defenſorib. civitat. 15. c. interim. 1. §. jusjurandum. ult. in fin. Iaſon d. conſil. 144. n. 4. in princ. vol. 2.*

50 Et ex confirmatione judicij ſignum ſuperioritatis colligitur. *Bl. in l. ſi imperialis. ult. C. de legib. n. 4. verſ. cum enim apoſtolicus. & ſeq.*

51 Ita, ut ſuperior propter jus confirmationis, etiam poteſtatem avocandi habere cenſeatur. *Iaſon in d. conſil. 144. incip. circa primum dubium. n. 4. verſ. nam ipſe Rex ponit. vol. 2.*

Quod deniq; de privilegijs primarum inſtantiarum, der Außträge / eſt adductum, eſt aliquid ſingulare, quod in conſequentiam trahi non debet. *l. jus ſingulare 16. l. 15. & 14. ff. de legib. &c.*

FINIS.

SOLI DEO TRINVM LAVS ET GLORIA IN OMNEM ÆTERNITATIS PERPETUITATEM.

Digitized by Google